# HIERONYMI CARDANI MEDICI

*Mediolanenſis, de malo recentiorum medicorum medendi vſu libel lus, centum errores illo-rum continens.*

*

*Eiuſdem libellus de ſimplicium medicinarum noxa.*

*Index eorum, quæ ſingulis cōtinentur capitibus.*




*Venetijs apud Hierohymum Scotum.*

1545.

# PHILIPPO ARCHINTO

Epiſcopo Sancti Sepulchri vicarioq; Pontificis ſummi Pauli tertij, viro eruditiſſimo, & bonaꝝ literarum fautori egregio Hieronymus Cardanus medicus Mediolanẽſis. S.P.D.

SAEPE ego Antiſtes optime mecum dixi, nihil eſt quod fatũ effugere omni ex parte videatur. & quãq̃ locupletius de hac re ſermonẽ habuerim, in libro huic tractationi dedicato, nihilominus toties mihi illius ſe offert violentia, vt etiã præter propoſitum, de illo ſermonem frequentius habere cogar. Atq; ſi vnq̃ alias, nunc manifeſte nobis illius memoria occurrit: Quippe cũ meminerim, quàm audacter magis quàm conſulto, opus hoc de malo medendi vſu in publicũ emiſerim. cumq; ab initio multa ſcripſiſſem, non ſolum inornate, ſed ſine vllo ordine, vix audeo dicere, quibus modis animũ addiderit, quaq; demum neceſſitate ab eo impulſus ad edendũ ſim

immaturum hunc fœtum. Erubeſco cum vltra ẽt trecentos errores meos in hoc libro, præter etiã admiſſos à librarijs recognoſco. eratq; animus illum iam dudum explodere è fœtuum meoꝝ numero: ſed obſtitit quædam illi nõ vulgaris adiuncta vtilitas, quæ etiã eum ſic venalẽ reddiderat, vt ſecundo anno librarius ipſe denuo ni obſtitiſſem in publicũ emittere vellet. dum vero maioribus eſſem intentus, aut magis neceſſarijs, ad hanc vſq; diem, annus etenim ab hinc iã nonus agitur, rem diſtuli. pudebat me inter reliqua, nimia pietate, patris ſiquidem verbis perſuaſus qui hoc palam, neſcio quo ductus errore affirmabat, Caſtilioneum nomẽ addidiſſe. cum certũ habeam, reuolutis oĩbus publicis tabulis, maioꝝ meoꝝ, ad annum vſq; M. CCCXL. qui ab hoc CCVI. eſt nihil mihi cũ Caſtelioneis cõmune eſſe. neq; hoc refero quòd vel pigeret ſi eſſem fateri, vel quòd mallem non eſſe, quàm eſſe, aut quòd Cardanorum gentẽ Caſtelioneæ cõparare velim. verũ quanto pulchrius eſt ex nobiliſsima eſſe familia, tanto etiam turpius falſo ſemetipſum illi inſerere. Eſt

*familia illa antiquiſsima, ditiſsima, potentiſsima, Cardinales, Epiſcopos, viros etiam ſanctitate & armis inclytos genuit: floruit eruditis hominibus: nihil illi defuit, quod ad ornandam illam, aut quod ad dignitatem pertineret. noſtra et ſi ſit antiquiſsima omnibus in cauſis longe inferior eſt. vt quæ neminem, præter* Milonem *Epiſcopũ memoria inſignem habeat. is nãq; cum* Epiſcopi *nutu, patria noſtra & circũuicinæ vrbes regerentur, anno cõis ſalutis.* M.CLXXXIX *vrbi noſtræ* Mediolanenſi.XXVI.*hic à reſtauratione annus erat,* Epiſcopus *preeſſe cœpit. anniſq; octo, minus quatuor menſibus, patrię conſuluit. itaq; vt non pudet me eſſe* Cardanũ, *ita* Caſtelioneum *fuiſſe mihi glorioſum duxiſſem. attamen longe turpius vt dixi, falſo alienæ, genti ſe ingerere ſatis nobis ſit cum illis amicitia: hanc in conſtantiã pietas, & fides parenti præſtita excuſabunt. malo leuitatis accuſari ob emendatũ errorem, quàm conniuentibus oculis, diſsimulare peccatum.* Ergo *vt ad rem redeam, cum nec igni mãdari liber ob vtilitatem, nec emitti ob errores ho*

*neſte poſſet, curam ſuſcepi nõ mediocrem emen-dandi. in poſterum autem cauebo ne quicq̃ adeò celeriter in publicum exeat: & authori inurat la bem. fuerat nempe olim quindecim & hoc opus dierum labor: nunc plus in emendatione tempo-ris quàm inſtructura cõſumptum eſt. addidimus etiã alios viginti octo errores, vt ſic in centariã excreſceret. non quòd plura longe nõ eſſent, quę cenſoria nota indigeant: ſed quoniã hic numerus aliquid habet apud antiquos authoritatis. atq; vbi non licet finẽ in rebus aſſequi, finis ipſe aliqua ra tione à nobis fingendus eſt. non excuſabo ego in-quam errores meos, qui indignus ſim venia, cum in alÿs accuſem. verum eandẽ mihi legem præſi nio, et ab alÿs imponi volo: qua eos dicere poßim errores, ac pro his in iudicium vocari, qui obeſſe poſſunt hominibus: non qui quaſi à ſuperſtitioſis grammaticis nullius momenti res obſeruantibus in pueris notantur. optimum etenim homini eſſe puto, quãdoquidẽ res verbis ſunt præſtantiores, & vita breuis, modum ſcire in diligentia ſtatue-re: ne* Protogenes *ſub* Apellis *cenſura fiat.* Itaq;

hoc opus tibi denuo inſtauratum mitto ac dedi-
co. exiguum illud quod ſubſequitur, debere tentaſ
ſem, ni nomen eius cui nuncupatur violare ſimul
credidiſſem. adeò ego in me ſeuerus ſum, vt im-
probē, quæ non poſſum probare vt volo. maneat
tamen vt exemplum rudis animi mei, aut primæ
audaciæ: vt vel ſic intelligant quantum interſit
etiã diſcriminis in ætatibus. Te vero, quē ob ſin
gularem virtutem admiror, ob tempeſtiua bene-
ficia in me collata (ſi quidem tu primus iacentem
erigere cœpiſti) non parum diligo, florentem vi
dere cupio. tunc etenim qui bonis literis operam
dant, optime ſperare debent, cum fortuna eos eue
xerit qui nõ ſolum ſint eruditi, ſed ſummũ etiam
bonũ in eruditione ipſa collocant. fruſtraq; vt vi
deo hoïes diligentiam, exercitationē ac fidem, in
bonarũ literarũ ignaris quęrũt. Nēpe optime ve
teres Mercuriũ quē artibus ac ſcientijs pfecerãt
omniũ operum, oïumq; legationũ ad mortales ad
deos, ad infernaq; authorē eſſe finxerat. At non
intelligunt qñq; homines quãq̃ exercitati impro-
borũ & imperitorũ calũnias, & conſpirationes.

*Neque illud diuinum animaduertunt, quoniam in maliuolam animam non intrabit ſapientia. eſt enim ſolus eruditus ſapiens vere. ſoluſq; ſapiens eruditus. verum quorſum hæc? ſtudiis bonis operam dare decet: eos qui artem medendi innocenter profiteri volunt. obſcurior ſum verbis, quàm decet eſſe, ſed mea nihil intereſt: quãdoquidẽ ad clariſſimam mentem tuam verba dirigo. me nullus in poſterũ accuſet: nemo ignarus eſſe poteſt, cum & in aliis quod in ſe agnoſcit adeſſe putat. ego id ſcio: hanc ego mihi quam aliis ineſſe laudẽ cupio volens tribuo. ergo voluntatis vitium eſt, nõ ingenii aut imbecillitatis. vbi igitur nõ eſt animi prauitas, ibi non eſt ignorantia. ſed multa ad tẽpus diſſimulare cogimur: ſeu fatorum ordine, ſeu quia nõ bona exiſtimamus, aut ſaltẽ non meliora quæ ab aliis talia eſſe creduntur. Quicunq; enim ſecundũ diuinam inſtitutionem mentẽ erudiunt, ſic vt ab improbitate omnino vacent: conſcientia primum virtutis ſuæ, demũ & gloria, quæ poſt mortem manet, felices iam ſunt. His igitur ſi fortuna aliqua affulſerit, cũ diuitię & honores bre-*

ui tempore poſſint accedere, ſummam beatitatem in vita conſequũtur. at ſi his neglectis nobis opum, ac inanis gloriæ ſola vel etiam prima cura ſit: nulla ſpes amplius ad integritatem relinquitur. quare nec ſine illa ad famam ac bonam cõſcientiam. cum etiam prima multis ex cauſis fallax ſit. Quãobrem præſtat hominibus quãcunq; exercuerint artem optimis inhærere inſtitutis. cæteros vero eos qui ſic faciunt pertinaciter fouere. neq; enim qui tales ſunt, vnq̃ȝ ingrati eſſe poſſunt. Ergo cum in te tantam benignitatẽ virtutemq́;, quantam in alio vnq̃ȝ viderim eſſe cernam: nihil maius efflagitarẽ, ſi à dijs liceret, qđ omnibus eruditis conduceret maxime: quàm vt tibi fortuna pro animi magnitudine ac virtute affulgeat. quod enim amplã ac honeſtiſſmam cõditionem dederit: ego pro tua dignitate, pro animi altitudine, pro ſublimitate mentis, exiguum eſſe reor. mihi vero ſatis eſſe ducerem, vt de me ſecundum Apollinis reſponſum ad Ciceronem, tum in poſterum, tum alias ſtatuiſſes. nam vt bono, imo meliore animo, libellus hic magna iam

*mortalium vtilitate, nec paruo deſiderio prodie rat in publicum ſub nomine tuo: ſic ſpero in poſterum, vtiliorem longe futurum ac etiã chariorem. noſtra vero fortuna aliorum auxilio nõ indigebat: ſi ſaltem homines qui ſe prudentiſſimos credi fruſtra volunt operibus ipſis inhæſiſſent. ergo fatum hæc agit, cum per mentẽ ſenatus diuinam promouemur: quæ vt minime nobis inimica eſt: ſic iudicis potius quam fautoris iudicio fungitur. nos tandem id ſolum quod ab oĩbus vel bonis vel amicis rogare ſolemus, à te petimus, pro hac noſtra erga te voluntate, vt perfidiæ inimicorum noſtrorum ne ſubſcribas tacitus atq; nolens: ſed iudicium ex te ipſo expenſis omnibus de amico facias. Vale. xv. Cal. Martij. M. D. XLV. Papiæ.*

# HIERONYMI CARDANI

## Medici Mediolanenſis, de malo recentiorum medicorum medendi uſu libellus.

MEDICAM artē antiquis temporibus maximo in pretio habitam fuiſſe, hiſtoriæ, & diuina ſcriptura tradiderunt: cum tñ ab initio conditę artis, Gnidiæ ſentẽtiæ præualerent, quas ſapiẽtiſſimus Hippocrates libro, qui de victus ratione in acutis inſcribit̃, reprobauit incertum vero eſt eius temporibus cui maior fuerit authoritas an Hippocrati, an his qui Gnidias ſententias ſequebantur. Mortuo tamen Hippocrate eius inſtituta, poſteritas Gnidijs ſentẽtijs antepoſuit. Itaqꝫ factum eſt vt abuſus pernicioſi in optimos vſus verterẽtur. Sed cũ nulla ætas calamitate ſua carere poſſit, hereſes, Methodica, & Emperica contrarijs præceptis humanam ſalutem in diſcrimen deduxerunt, quarum veſtigia ex Celio Aureliano etiam his temporibus videre licet. Tantæq; iacturæ alia nõ minor ex opinionibus adiecta eſt Teſſali, Erophili, Dioclis, Eraſiſtrati, Aſclepiadis, qui nõ tantum ſuperſtitiones (ſumma medendi authoritate gloria cõparata) inſeruere: ſed ita famoſus vixit Aſclepiades, vt ad integram ipſe incolumis ſenectutem peruenerit, hominemq; rogo impoſitũ ad vitã reuocauerit. Quorum monumentis tam varia, tam incerta contrariaq;

dogmata relicta ſunt: vt niſi Galenus Pergamenus me-
dicorum gloria fuiſſet ſubſecutus, iam de medica arte
actum eſſe videretur. Etenim quę illi pro ſalutaribus au
xilijs inuenerant, non tantum non ſalutaria ⁊ noxia ēt,
ſed & letalia deprehenſa ſunt. Cumq; quod fugeremus
incertum eſſet, experimento cum illorum dignitate pu-
gnante, qđ ſequeremur non haberemus, nullo docente:
merito factū eſt vt Plinius vir acri ingenio, q: ante Ga-
lenum fuerat, medicinā ſui tp̄is, medicosq; qui eā exer-
cerent ſummis iniurijs, accuſationibusq; proſequeret̃.
¶ Cœperunt itaq; à Galeni morte cōmodiora auxilia
occaſionesq; medendi ex eius libris tanquā è perpetuo
fonte hauriri. Quoniā vir ille optimus non vnius æta
tis aut regionis: ſed omniū qui ante ipſum fuerant vti-
lia præcepta congeſſerat, quædam etiam propria inuen
tione ſuperaddidit: quæ non humana ſed potius diuina
videntur, qualia ſunt quæ in diſſectionum pulſuumq; li
bris edita ſunt. Harum doctrinarū alteram nullus eoꝝ,
qui eum ſecuti ſunt plene adeptus fuiſſe nedum auxiſſe
videtur. Cumq; ratio diſciplinæ poſtulet, vt non ſolum
inuenta cognoſcamus: verum inuentis aliquid adijcia-
mus, cū in his hoc fieri nequiuerit, merito ſanè hæc do-
ctrina miraculi quandam ſpeciem præbere videtur. At
nec tamen Galenus quāq; accerrimus eſſet diſputator
ſuis temporibus potuit opiniones ac medendi metho-
dum à ſe inuentas inuidia contemporaneoꝝ medicorū
reluctante alijs perſuadere: vbi vero ipſe in fata conceſ-
ſit, extincta ſecum ſimultate veritas refulſit. Perſeuerāte
igitur medendi cōſuetudine quam Galenus inuenerat,
cum eam in ordinem cōmodiorem, licet nō meliorem
redactam Paulus, Alexander, Aetiusq; monimētis reli-
quiſſent bellis vndiq; ac ſciſmate religionis Chriſtianę
flagrātibus: literę ac bonæ artes ad Arabes, qui eo tēpo
re quietiores opulentioresq; fuerant trāſlatę ſunt, vnde

quædam pſeudo doctrina à Raſi, Haliabbate, Auẽzoar, Serapione, ac Auicẽna introducta eſt: qui partim ingenij ſui confidentia, partim etiam malis verſionibus linguarum innitentes. orò pudor quantum in nominibus rationeq; morborum peccauere? qualia medicamenta mutauere: membris hominis, nec formam, nec ſitum, nec numerũ ſanum dereliquerunt. non conſtant in vertebris, nõ in muſculis quot ſint, concauos neruos à ſitu variant, diſcretiuam membris/ſanguinis effectricem venis/adijciunt, ac pleraq; alia penè innumera, quæ nunc enumerare non eſt præſentis inſtituti.

¶ Recentiores breuitatis ac facilitatis cauſa expoſitorumq; authoritate inducti, cum etiã literæ Arabum ad nos citius perueniſſent, Arabes ipſos nõ Græcos ſecuti ſunt: vnde non tñ errores illoꝝ imitati, ſed & lõge plures admiſerunt nihil ſani relinquẽtes, nec ipſos vniuerſales canones qui illęſi etiã apud Arabes fuerant cuſtodiunt. Itaq; factum eſt, vt aliqñ medicinam, non aliter quàm Maumethani fidem religionemq; defendant.

¶ Graue me hercle certamẽ aggredior, qui adeo inueteratos errores, ac apud totum penè orbẽ diutino vſu firmatos abolere tentauerim. qđ cum humanæ ſalutis beneficio, non cuiuſquã peculiari odio aut iniuria agam, cunctis qui medicã artem exercent, quiq; veritatis ſtudio tenentur: quos quãplurimos futuros ſpero, gratam ac iucundam rem facturum putarim. Non ſolum enim errores ipſos, cauſamq; erroꝝ retexam, ſed & veram medendi rationem explicabo. neq; id quiſpiã putet inutile, licet nãq; antiquorum doctrina abuſus illi tolli nequiuerint, non tñ deſperandum arbitror quin collatis eoꝝ authoritatibus rationibuſq; diligentius diſcuſſis, melioribus ẽt tranſlationibus antiquoꝝ, ſententia intellecta, abuſus illi in optimos vſus conuerti poſſint. Sicq; humana valitudo varijs ac periculoſis erroribus hu-

cuſq; quaſſata, melioribus Hippocratis & Galeni inſtitutis inſtaurata, in poſterum redimetur foucbiturq;.

## Quòd inſanabiles morbos curare aggrediuntur. Cap. I.

PRIMVS abuſus eſt, cum inſanabiles morbos medicamentis amoliri aggrediunt̃, quales ſunt phthiſis, ſcliroſis interior, tabes confirmata, ſimilesq;. Nam non ſolum quia curare non poſſunt in melius traducere nequeunt, ſed in longe deterius: ac cito necant, alioquin longo tempore duraturos.

¶ Quòd autem ita ſit, manifeſtum eſt. omnis incurabilis morbi cauſam confirmatam ac inſeparabilẽ corpori eſſe neceſſe eſt: q̃ autem tolli non eſt poſſibile pari rõne nec minui fas eſt, cum ſi minuatur eadẽ ratione auferri poterit, igitur non licebit è morbo quicquã detrahere: omne aũt auxilium ſiue victus, ſiue medicamẽtum, ſiue opus manus, virtutẽ minuit, humores turbat, membra aliena qualitate inficit. Cum igitur noceant, nec iuuare quicquã poſſint, conuenit vt morbum deteriorem reddant, & ægrum morti velocius addicant. Cauſam etiam

6. aphor. 38 ex Hippocrate intelligere poſſumus, Cancros occultos
„ melius eſt nõ curare, curati enim citius pereunt. Quod
„ in hoc incurabili morbo dixit, in reliquis voluit intelligi: in quibus par ratio parem promittit euentum. Hoc ego vidi ſępiſſime, mulieres cancris occultis laborãtes, annis quadraginta ſuperuixiſſe, ſatis non culpata valitudine: cum nullũ neq; viginti annis cancro vlcerato laborantem vixiſſe conſtet, cum plurimi & iam eo℞ biennio finiatur. Cõplures tñ medicorum hos morbos plurimis cauſis ſanare aggrediuntur: quidã quòd non putent eos nequire ſanari: alij q̃d etſi ſanare poſſe deſperent, in melius tamen perducere confidunt: alij gloriæ ſtudioſi: alij pecuniæ auiditate, dum nihil perdere ex

hoc timent, nimium fiunt audaces. Qua in re illi plus damnãdi ſunt, qui genere morbum incurabilem, quàm qui magnitudine ſuſcipiunt ſanandum. Diuini enim res conſilij eſſet omnem morbũ genere ſanabilem intelligere, an curationẽ recipiat, an non. vnde Hippocrates acutorum morboꝝ non omnino ſunt certæ pronuntiationes ſalutis, aut mortis. Galenus autem exponens inquit, Hoc ſcire licet ſolum in chronicis, non autem in acutis. Licet Raſis non omnino certam in acutis cum Hippocrate ſpem eſſe dixerit, longe tamẽ minorem in chronicis paſſionibus ſecuritatem euentus credidit, contra Galenum directe inuectus. Satis igitur pro confeſſo habeatur multarum paſſionum finem ambiguum fore. 2. aphor. 19. 16. cõti. ca. 1. fo. 322.

¶ Cura igitur blandiente in talibus bonum eſt, vti victum talem inſtituendo qui virtutem non minuat, morbo ſuppetias nõ ferat, dolores, ſymptomataq; ſedanda, corpus moliendũ, ita vt cauſę virtuti obnoxię aut morbo ſuppetias ferentes nõ augeantur. Hoc eſt quod dixit Princeps ⁊ à rationali cura non deſiſtas, qm̃ multoties aliqui ſanantur abſq; ſpe aliqua mirabiliter. quarta quarti t. 2. c. 10.

## Quòd in uictu procedunt augendo uerſus ſtatum. Cap. 2.

SECVNDVS abuſus eſt, cum in victu ita peccatur, vt ſæpius fortunæ melius quàm medicis æger cõmittatur, reclamat diuus Hippocrates, niſi cibi tędiũ adſit craſſiore victu vtendum eſſe in morbi principio, ac demum morbo inualeſcente ita paulatim attenuandum, vt parum, aut nihil cõcoctionis tempore ęgro cibi exhibeamus. Plurimi tamen vt aliquid inſtituiſſe videantur à principio mulierumq; conuitia timentes etiã nullo cibi faſtidio exiſtẽte ſubtilem inſtituunt victum: poſtmodum concoctionis tempore oua & ex carnibus contuſa exhibent, ita vt ad mortem ſaturi ſi nõ medica- primo regi. acuto. & prima aphor. 10. & ante.

Quod ad literam reperitur. 2. regi. acuto. c. 18.

ij ſaltem accedant. Hocq; cum recte ſit Hippocratis mãdatis oppoſitum, ita tamen eſt generale, vt vix credi poſſit ab antiquorum mente fuiſſe alienum.

¶ Vt igitur præſtat ęgro in principio laborãte intelligere, an cibi tædiũ adſit, an non, ſi adeſt victu extenueť leuiſſimo, quæ vſq; ad ſtatum perſeueret ſi propinquus adeſt, Si remotus quo tempore cibi tædio caret eo cibãdus eſt, ita vt continue victum exiliorem facere poſſis: quod ſi faſtidium non eſt, morbusq; acutus, pane loto, aut ptiſana bis in die, aut ter cibandus eſt, cõtinueq; minuendus vſq; ad ſtatum cibus, hoc modo quot ſeruabis ægros qui victu ſuo ſuffocantur: quod ſi morbus eſt leuiſſimus carnesq; aut oua ſunt dãda dabis à principio, deinde ad ptiſanam ſtatus tempore pertranſibis, nec virtutis periculum eſt, vt in ſequenti dicetur.

## Quod nimium pingui utuntur dando carnes & oua. Cap. 3.

TERTIVS vſus malus eſt, cum febrientibus carnes & oua exhibent dicentes noſtri tẽporis ægros antiquorum victum ſuſtinere non poſſe, conſuetudinemq; multum valere.

¶ Cum nos videamus aliquot in carceribus ſanos pluribus annis pane & aqua alitos vixiſſe, longe aũt minus infirmo cibi quàm ſano debetur, plus etiam alit ptiſana ac decoctus panis quàm crudus, nec volumus eum pluribus annis, ſed paucis dũtaxat diebus: donec morbus tranſeat abſtinentiã ſuſtinere. Nec qđ dicunt de conſuetudine attendendum eſt, q: contra eos facit, antiquitus enij plus cibi carniumq; ſumebant, vt ex hiſtorijs facile apparet, vt quãdoq; arietem vno prandio abſumerent, ſi igitur attendenda eſſet cõſuetudo ſubtiliorẽ nunc victum inſtituemus. Præſtat igiť ptiſana aut pane cocto. aut panico, aut oriza ægros alere nil ex carnibus aut

...le Hephe... ne in Alex... ri vita ex ...archo.

ouis

quis dare donec morbi iudicatio pertranſierit ad duos dies: in grauibus acutisq; morbis: nam aliter facientes ægros interficiunt, non alunt. Quòd ſi virtus valida fuerit adhuc tenuiore victu opus eſt, nam neceſſe eſt aliter facientibus alterum trium ſequi, aut morté, aut morbi longitudiné, aut accidentia ſęua. Quorum primum malum, ſecundum damnoſum, tertium timoroſum. In morbis autem longis, aut intercidentibus vt tertiana, aut duplex tertiana parumper craſſiore victu vtendum eſt, ſecundum morbi magnitudinem. p reg. acuto.

## Quòd contuſa & aquā carnis exhibēt. Cap. 4.

QVARTVS abuſus eſt, cum in victu ad contuſa & aquam carnis tranſeunt etiam à principio quod valde noxium eſt, nā nutriens maſticatione concoctioné acquirit. Secundo mandendi vim auferunt. Tertio q: plus ingurgitant quam virtus ferat, non enim ita decipimur comedēdo, ſicut bibēdo. Quarto quia aqua carnis longe deterior eſt iure, cum minus nutriat & calidior ſit, hoc autem dicunt qm̄ corrigitur: at nunquam tantum corrigitur quātum oportet. & etiam q: eadem correctio iuribus adhibita melius proficiet, qđ etiam pulchro experimēto colligitur, videbis enim contuſum edentem feces bilioſas protinus excernere, ſi cum pane & carne paueris, naturalis egeſtio fit. hoc ſæpius animaduertimus, vnde credendum eſt non omnino probatum eſſe alimentum quod ex contuſo gignitur, ſæpiſſime enim bilioſa ac ſoluta fex ex eo pura procreatur, quod in febriente malum ſignum & cauſa peſſima dici poteſt. Hoc peccato nullū eſt deterius. nam vt hypocritæ ſunt omnium hominū ſceleſtiſſimi: ita ea auxilia noxia magis, quæ quandā auxilij ſpém habent, nocétq;. exiſtimant enim qm̄ faciliter deuoratur, ⁊ carnis ſubſtātiam in ſe habere creditur, & cum annexis emendata vi-

prima primi doc. 4, c. 2.

-letur proficere multum poſſe, quia facilius eſt impleri potu, quam cibo, vt dixit Hippocrates.

¶ Conſultius igitur fuerit, donec mandendi facultas adeſt, ptiſana vti, quòd ſi neceſſitas alimenti cogat carnibus leuibus cum pane. Nam Galenum ita conſuluiſſe ſæpe video: quòd ſi cum hoc mandendi poteſtas non ſit, vtatur contuſo emẽdatiore ex carnibus: quod ſi virtus adhuc debilior extiterit, iuribus correctis.

10.&.12 lar/ ſis curati.

## Quòd laudant olera tanquam cibos. Cap. 5.

QVINTVS Error eſt, cum lactucam, endiuiã, buglosſam, lupulum cibos optimos collaudant cum ratione cibi ad carnes panem, ptiſanã, lac, oua, orizam, comparatæ ſint longe inferiores ac medicinalem vim habeant. non ergo alimenti ratione abſolute bona dicuntur, ſed abſolute mala, quod igitur cõparatiue dicimus rectum eſt, quod abſolute noxium eſt, tum ſanis, tum etiam ægris corporibus.

¶ Non eſt igitur conſulendum ſano abſolute, vt herbis aut radicibus aliquibus veſcatur, lactucamq; inter olera minus pernicioſam non bonam eſſe dicemus, ægris etiam cum animaduerſione cõſulemus, cæteras herbas vituperat omnino Galenus.

lib. de cibis boni & mali ſucci.

## Quòd uinum negant ægris. Cap. 6.

SEXTVS vſus nõ rectus eſt, cum vinum ægris negant, quia materias ſubtiliet, ⁊ ad caput trahat, cum vinum album ſit frigidum, multa etiã corpora humoꝝ attenuatione indigent, atq; ſolum his quatuor caſibus noxiũ, quos vel dolor capitis aſſiduus, vel phlegmone tentat, vel delirium offendit, vel febris ardens cũ cruditate inuaſit. Cæteris autem vtile eſt, ex Galeni doctrina, ſed non inutile etiam phlegmonibus ad ſuppurationem iam redactis, Quibus autem vinum eſt inutile,

12. artis curatiuæ. fo. 129.

... ſe ... ne Glauconem ... c. 13. ... 

bis amplius nocét carnes & oua, quod ergo inutile eſt, conceditur neglecto ſalutari potu. decepti Arabum cóſuetudine, quorum præceptis, tum propter legem, quæ à vino eos arcet, tum propter aeris temperiem, quæ longe calidior eſt à vino temperare iubemur. Itaq; hac de cauſa à vino abſtinentes, morbos procraſtinant, lógeq; tardius ad ſanitatem perducunt. Is autem error eò validior perſpicitur, quanto æger ventriculo eſt imbecillio re, ita vt quandoq; ad aquam inter cutem perducat.

¶ Conſiderabis igitur primo, ſi vinú non permixta mala qualitate ab ægro ſentiatur, ſi non phlegmone, non dolor aſſiduus validusq; tenet, vinú album adminiſtrabis. Si vero ab ægro reſpuitur, nó dabis. Si vero deſiderat vehementer materia concocta, aut ſuppurato phlegmone lateris, dabis vinú album dulce, ita enim conſulit Raſis: Et nos deſtitutum aliqñ à quodã medico, ac perſuaſum animam efflare: qm̃ in pleureſi vinum cóuenire non putabat, ſanitati reſtituimus, erat enim æger annorum. 70. & ſuppurato phlegmone, nihil eorú quæ intus erant, ob virtutis imbecillitatem expuere valebat. Cum vero ventriculus valde infirmus eſt, raro vinum negabis: plures enim ſanauimus in morbis peſtiferis ægros derelictos ſola vini potione, cum virtus tantú attenuata eſſet, vt infra horã, expirare crederentur. Oportet aút medicum eſſe eruditum, & natura prudétem: non enim paucis verbis tantum arcanum diſtingui poteſt.

4. cõti. ca. 31 fo. 86. & 87

## Quòd melones præponunt multis fructibus. Cap. 7.

SEPTIMVS vſus non admittédus eſt, tam ſanis, quàm ægris, cum melones tanquã minus culpatos fructus concedunt, quòd odore ſint nó ingrato, ſapore autem iucundiſſimo. His aút qualitatibus decernitur cibi natura, eò autem maxime, quia parum deterior

2. aphor. [illegible]8

cibus aut potus, ſuauior aũt melioribus quidem, ſed mi nus ſuauibus eſt præferendus. Cum vero cõſideras par uitatem radicis, & ſtipitis eximiæ magnitudinis eius ha bita ratione, & quàm proximus terræ ſit, ꝛ ꝙ ſuper eam perpetuo iacet, & quòd ab omni aeris qualitate permu tatur, & quòd augumentum eius eſt velociſſimum, con fiteri cogeris, melonem, nil aliud eſſe, quàm putridum terræ humorem: aliena qualitate coloratũ, vitia omnia habentem, noxium ventriculo, iecori, ſpleni, inteſtinis, pulmoni, renibus, veſicæ humores nõ ſolum putridos, ſed venenoſos fluxoſq; faciẽtem. Ad febres acutas peſti lentiales, ad apoſtemata, ad dolores, ad difficultates in teſtinorum paratiſſimum, à nullo authore quáq; egre gie tamen/ſatis vituperatum, noxas omnes horarij fru ctus tanto habet ampliores quãto eius magnitudo, ſuc ci multitudo, paruitasq; cauſæ concoquentis: omnibus alijs fructibus maior eſt. Adde quòd nulli potui recte ſociatur. nã cum vino humores peſſimos producit, veſi cæ maxime obeſt, & iecori, ꝛ renibus, & phlegmones gi gnit cum aqua leuitates inteſtinoꝝ celiacum morbum, difficultates inteſtinoꝝ appetitus deiectionẽ ſubito ope ratur. Quod autem Hippocrates cõſulit rectum eſt, vt parum deterior, nõ multo deterior cibus ſit præeligen dus. Bonitas autẽ ſaporis, ꝛ odoris mãſuetudo/in eodẽ genere cibi ad iudicandam ſalutarẽ vim multum profi ciunt. At in diuerſis generibus nequaquã, Siliqua enim exitialis eſt cibus ſi Galeno credimus & fungi, & tube ra, boletiq;, & melongena: nemo tamen ſalubri cicorio ptiſanaq; ordeacea negabit eſſe gratiora.

¶ Conſilium igitur meum eſt vt non ſolum dimittatur ſed ab vſu humano explodatur etiam principum Decre tis. Nam quæ lues eſt pernicioſior, qua quotannis mul ta millia hominum pereunt? Mirumq; quòd à medicis hæc pernicies conſulatur, omiſſis vuis & ficubus eiuſdẽ

temporis fructibus longe minus noxijs.

## Quòd cibum uberiorem dant in prandio quàm in cœna. Cap. 8.

OCTAVVS vſus explodendus eſt, cum cibum vberiorem capiendum in prandio, in cœna leuiorem conſulimus: alij oppoſitum totum vtriq; ita grauiter errantes, vt nullibi amplius. Nam cum poſt cœnam quies & tempus prolixius, & ſomnus & continentis frigiditas ſubſequantur, merito cum hæ omnes cauſæ concoctioné iuuent, cibus in cœna copioſior debet eſſe q̃ in prandio, qđ etiam Galenus in cõſilio morbi comitialis ſentire videtur, ac alij plurimi celebres authores: ꝗ ſi nimio cibo peccare cõtigerit, vel noxio, cum error ille vomitu leuiſſime corrigatur/ꝗ hora ſomni fieri nequit, cõuenit quòd admiſſus error in copioſiore cœna hac de cauſa grauior ſit, quàm in prandio: quia propter quietem & ſomnum non ita facile, aut vomitu, aut à piloro crudum deſcendit inferius, vehementius igitur ſpiritualia offenduntur: non igitur rectè cõſulunt, qui peccare leuius in cœna dicunt. Ob hoc neminem vidi illorum qui aſſumpto veneno antequã vomerent dormierunt curatũ fuiſſe. Tutius igitur in malis cibis, aut valde nimijs periclitamur in prandio, quàm in cœna.

3. de victus rõne &c. 2. de elementis & 6. de tuenda ſanitate, & ꝑ cõti. licet aliter Princeps tertia primi & prima tertij.

¶ Melius igitur eſt in cœna plus comedere vbi vel moderate comedendũ ſit, aut leuiter peccandum, ita vt peccatum illud citra vomitum, aut alui deiectionem poſſit emendari: at ſi peccatũ graue futurum ſit, vt non poſſit corrigi citra eiectioné, vt qñ nimis copioſe implemur, aut prauũ omnino ſuccum ingerimus, tunc leuius peccamus in prandio, raroſq; veneno in prandio ſumpto mori cõtingit, ob hanc cauſam. nõ igitur conſulendum eſt in altero duorum cum diſtinguendum ſit. Adde ne vſum eius qui longo tpe aſſueuit permutare coneris ſi

cum inculpata valitudine vixerit. Multos enim claros viros ob hanc cauſam dãnum nõ leue aſſecutos ſcio, cũ plus detrimẽti ex mutatione conſuetudinis, quàm iuuamenti ex recto viuendi more conſecuti fuerint.

## Quòd omni leui cauſa conſulunt medicinas. Cap. 9.

NONVS vſus eſt non amplectendus, cum cõſuetudo ſit quorũdam medicorum in omnibus etiã leuiſſimis diſpoſitionibus cõſulere ęgris victum tenuẽ: & medicamina imperare: vt in grauedinibus, in corrizis, in doloribus membrorũ exteriorum, in ephimeris ſpontaneis. Nam talia ſæpenumero ſunt nãæ dimittenda, non ſemper nãm auxilijs medicinæ aſſuefacere debemus. qm̃ pigrior reddit̃ ad deliquia inſtauranda. & multo eſt grauius perſępe nocumentum, qđ medicina conciliat, quã morbus qui aufertur. ſimile eſt hoc his qui per fœnus debita perſoluunt. In grauiſſima enim ſemper labũtur, dum modica extinguere putant. Hoc eſt qđ dixit Princeps. Amplius ſcire debes &c. Sufficit in talibus, maxime vbi virtus fortis eſt, moderato vti regimine, & reliqua nãæ dimittere, dũmodo periculũ acrioris morbi non immineat, quod facile à perito cognoſcitur.

quarta primi ca. p̃ in fine.

ex. 6. aphoriſmó. 38.

¶ Vnde obſeruandum puto omnes morbos rõne certa victus egere, ſiue ſint inſanabiles, ſiue graues ſanabiles tamen, ſiue omnino leuiſſimi, ne quis forte ex ſuperius dictis errorẽ concipiat: at differt, nam in inſanabilibus & leuiſſimis, victus pro ſola virtutis ratione, tanquã ſi morbus nullus adeſſet, conſtituendus eſt, quantitatis ratione habita, in qualitate vero, vt cõtrarius ſit morbo, & cauſæ morbũ facienti, & hic differt à victu exacte ſalubri. at in his qui graui cõflictuntur morbo, nõ ſolum qualitatis ad virtutem habẽda eſt ratio, ſed etiã quantitatis, ita vt minor ſit cibus, quã à virtute concoqui po-

fit, vt morbo augumentum non ferat. Longe igitur copioſius inſanabili morbo, quàm ſanabili detentus paribus virtutibus exiſtentibus alendus erit.

## Quòd carnes piſcibus præponunt in omni febriente. Cap. 10.

DECIMVS errandi locus eſt, cum generaliter carnes febriẽtibus dant, & piſces negant, moti authoritate Raſis in. 3. ad Almanſo. cap. 16. dicentis ꝙ oẽs piſces ſunt durę concoctionis, & lõgam moram in ſtomacho trahunt, & ſitim faciunt, cum non animaduerterint dictum primo ad Glauconem cap. 10. & 12. probari piſces in febribus tertianis, & quartanis, eo ꝙ facile concoquant, preferreq; eos carnibus in tertianis exquiſitis. Raſis aũt corpori ſano comparauit, & magna parte improbatos cunctos damnauit, perſæpe enim medicinali alimento eſt piſcis, & vt plurimum concoctionis leuioris contrariæq; qualitatis febri omni: cui ſi cõtingat, vt à cauſa calida, vt ſæpiſſime eſt, fiat, ẽt cauſæ febris aduerſabitur. Hocq; errore quamplurimi eo dum inſaniunt, vt ſi quis contra auſus fuerit pro imperito eũ habeant.

¶ Vtilius igitur erit in febribus ferè omnibus piſcibus quã carnibus vti. Sint autem piſces ex mari, gobius, aurata, arbor, & ſi ex ſaxatilium generibus à Galeno libro de alimentis recitatis quiſquam inueniatur. ex dulcibus lucius, & perſicus, & vniuerſaliter qui ſquãmoſi albas & leues carnes habent, ſubtiles lati longiq; non antiqui ſalubribus aquis habitantes Raſis authoritate pręferunt.

¶ Cuius cauſa impudẽtiam erroris craſſi ꝑterire nolui ſaxatiles piſces, qui quibuſdã generibus diffiniunt intelligentium pro piſcibus qui inter ſaxa degunt, qui nulli ſunt. qđ ſi eos qui in aquis ſaxoſis habitãt, credunt: abduani, & ticinij, potius erũt ſaxatiles maritimis, cum tñ ſaxatiliũ numero nullus ex aquis dulcibus cõprendat.

## Quòd auxilia ſimplicia, & compoſita cor/ rupta habent. Cap. 11.

VNDECIMVS abuſus eſt. cum cuiuſlibet medelæ auxilia corrupta habeant. Hic tantus eſt error, vt eius memorari me pigeat: Pro caſſia lignea, corticē paluſtris giniſtræ: pro carpobalſamo, mirti ciuſdam ſemen: pro zedoaria quæ ex oriente vehebatur, incognitā ex Germania radicē: pro luto Armeno, rubram Appuliæ terram: pro lemnia terra, vulgarem cretam: pro doronico, inſulſam radicē: pro galanga quæ ætiti ſimillima eſt, vt Serapio docet, aliam acrem radicem: pro calamo aromatico, cuius ſubſtātia, quia calamus eſt, inanis interius ſpectatur, acorum: pro acoro conſimilem colore, opere autem, ſapore, guſtuq; contrariam: pro xilobalſamo, lignum incognitum, nam quæ ad nos xilobalſami quantitas aduehitur hericiniæ ſiluæ non ſufficeret. Adde quod extinctum eſt modernioribus referētibus: pro malabatro, folia lauri, aliquādo citranguli: pro xiloaloe, radicem oleaſtri odoribus imbutam: pro ſandaraca quod naturale eſt, gūmi iuniperi: pro lacca, ſandaracam in vſu aliquando intelligentes: pro ſcordion herba/ſcorodon quod aleum eſt agreſte nominis ſimilitudine decepti: pro vngue odorato, inutilem oſtraci corticem: pro cinabari quod ē minera eruitur, cinaprium quod artificio argenti viui, & ſulphuris conſtat. ſimiliter pro minio minerali, artificiale: pro oſſe cordis cerui, cartilagines bouum: pro ſmaragdo, iacintho, ſaphiro, carbunculo, granato, orientalibus gemmis, lapides adulterinos, ex Europa, ac borealibus regionibus aduectos: phillitim, pro ſcolopendro: lichen pro hepatica: pro ſalutari neruoꝝ præſidio pede coruino, pedem columbinum, qđ venenum eſt: pro hermodactylo omniū auxilioꝝ quæ neruis & iuncturis prodeſſe poſſint, præ-

ſtantiſſimo,ephemeri radicē non ſolum inutilem, ſed &
ſtrenue venenoſam:pro yringo cui nulla in bubonibus
cōpar medicina inueniri poteſt, ſpinoſam certe, ſed ita
diſſimilem herbam adminiſtrant: vt iam cum pro maxi
mis alexifarmacis, maxima venena propinent, neſciam
quid ſperādum. ita cum non ſolum vnum pro alio me-
dicamētum ſubminiſtrent, etiam carent cum pluribus,
narcaphto,cancamo,ciphi,amomo, balſamo, ambram
habent rariſſimam,quæ non ſit adulterina. diptamum,
nō illud Dioſcoridis ſine flore,& ſemine,nec quo vtun- lib.3.c.73.
tur,ille eſt Vergilij,mirrhā raram,bugloſum in cōtro-
uerſia,eupatoriū adhuc ſub iudice eſt: infinita ſunt,quæ
connumerare nō eſt præſentis inſtituti, qm̄ quidam no
ſtris temporibus clari habiti viri de his diſſeruere.

¶ Taceo exeſa medicamenta,antiqua, marcida, corru-
pta,adulterina,deficiētia, quæ nam oratio tot vitia poſ
ſet amplecti? Vtuntur etiā quibuſdā herbis non ſatis co
gnitis,quales ſunt daneia,ſcabioſa,pimpinella, quas & ſi
omnino dānare nolis,confiteri tn̄ cogeris talium vſum
diuinando potius,quam medendo fuiſſe cōparatum.

¶ Taceo cōpoſita medicamenta,quæ ſimplicium nō ſo
lum peccatis ſcatere neceſſe eſt,ſed etiā quibuſdam pecu
liaribus deliquijs,vnde quis ſanam theriacam,aut inte-
grum mitridatū demonſtrabit. Vnde ſapientiſſimus Ve
netorum magiſtratus, toties eius cōpoſitionem fieri ve
tuit,cum perfici poſſe nō exiſtimaret.Cum in clariſſima
vrbium hæc nō potuerint fieri,in noſtris tn̄ non ſolum
ciuitatibus,ſed oppidis diſtribuūtur. mediciq; qđ admi
ratione magis dignum eſt vtunť. Melius igitur eſſet,vt
de quocūq; ſimplici, publica inter medicos concordia
quid eſſet qualeq; ſtatuereť.deficientibus ſuccidanea Ga
leni, aliaq; alia rōne inuenta ſuſtinerentur. pondera,le-
ges,ac electio adiungeretur.Demum ipſa cōpoſitio non
ſine medici cōſilio fieret,publice ſimplicia exponereńť,

Quis ſanè rogo fuit antiquus, qui vel ſimplicium, vel cópoſitoꝝ medicamentoꝝ doctrinam nó diligétiſſimè fuerit ꝓſecutus. Noſtri aút temporis medici pharmacopolis ignaris, aut auaritiæ ſtimulo delinquétibus derelinquunt. nó ne hi ſolú in famulitio medicorum cēſent?

## Quòd aquis deſtillatis utuntur. Cap. 12.

DVODECIMVS abuſus huic adiectus eſt, eadem materia, diſſimili tamen róne, cum aquis deſtillatis vtuntur, in quibus neq; odor, nec ſapor inuenitur, eius rei è quo facta eſt, exceptis roſacea, violacea, & ardente. ná abſinthij aqua prædulcis eſt, vbi aút nec ſapor, nec odor, ibi virtus eſſe nó poteſt. Adde ꝙ plumbo & ære fiunt, quæ duo metalla humano generi ſunt perniciofiſſima, cum viderim aliquos ob vſum earum ad vētriculi tabem redactos. è quibus vnus fuit Franciſcus Taegius phyſicus ac lector, qui iuuenta prima hac de cauſa mortuus eſt. perniciofiſſima, & generalis hæc cóſuetudo propter facilitatem operandi, ac labores vitandos, & ſaporis iucunditaté inducta, tot miſeris ægrotátibus damnoſa, tum à medicis, tum à pharmacopolis.

❡ Conſultius igitur fuerit & antiquorú more cum decoctis operari, nam in illis virtus reſidet, & mos ille ab eis licet operoſior comprobatus.

## Quòd utuntur ſimplicibus. Cap. 13.

TERTIVSDECIMVS error eſt, quoniá gloriæ ſpe multa cum ſimplicibus operari poſſe ſperant, è quibus etiam nunc ſunt quidam celebres medendo habiti: contra quos, quia opuſculum edidimus, inuehi nunc non eſt tempus.

## Quòd unus modus medendi eſt uniuerſalis. Cap. 14.

QVARTVSDECIMVS vſus non admittē: dus eſt, cum ſingulæ ferè ciuitates quandam habeant normam communem medendi in principio cum caſſia hic/Venetijs etiam & cum electuario lenitiuo, vel de ſebeſten: Ferrariæ, cum catapotijs: In Hiſpania cũ pomis dietam moliũtur tridui: atq; ita omnes calopodio vno calciare nituntur. Quod ſi Cerdones non aliter: multi magis nudis pedibus, quã cum calceis ſpectarentur. Hunc modum aliqui canonice medẽdi vocant, quē propter vſum perpetuum norunt aniculę, pigmentarij, tonſores, nobiles omnes Veneti, iam ſi oẽs abuſus tantum medicis, quantum hic obeſſent, nemo certe vnquã medicus villam, aut prætoriam domum emiſſet. at dicent, in cunctis lenitio alui, iuuatiua à principio eſt: qd ſi non lenire, ſed eradicatiue purgare conueniat? quid ſi venter lenis ſit: quid ſi venæ ſectio moram nõ patiatur: quid ſi ventriculus ſit imbecillis, nonne prius corroborandus antequam leniendus?

¶ Melius igitur eſt, ſi ſanguinis detractio moras nõ patiatur venam incidere, ſi venter lenis eſt concoquere, ſi ventriculus imbecillis corroborare, quot vides à principio lenitiuum ſine vtilitate vomuiſſe.

## Quòd nunquam à principio purgant eradicatiue. Cap. 15.

QVINTVSDECIMVS error eſt, cum nunquam à principio eradicatiue purgant, ſed illam operationem ad ſtatum producunt. In principio lenitiuis contenti, vel his quæ mãm ſolum minuunt. Itaq; vt exitiale eſt quieſcente materia eradicatiue purgare, ita turgente ea ad inferiores partes, maxime ac in venis interioribus non purgare longe magis mortiferum.

¶ Prēſtiterit igitur qđ mihi ſæpenumero cõtigit ea turgente à phlegmonis metu liberaſſe ægros, forti à prin-

cipio medicamento exhibito. Vnde ſæpius cõtingit me lius pauperes medicatos eſſe, q̃ diuites ob errãdi timo

11. libr. poſt medium. rem, quod ét Galenus ſuo tpe de cataplaſmatibus, teſtatus eſt, in curatiua arte, q̃ iuxta precordia imponuntur.

## Quòd à principio ſemper à leuioribus inchoant. Cap. 16

SEXTVSDECIMVS abuſus eſt, cũ in principio ſemper à leuioribus curam moliuntur: quodã

quarta p̃mi ini cap. p̃. canone Auicennæ decepti, non attendentes Hippocra-

1. aphor. 6. tis dictum: extremis morbis, extrema exquiſite remedia

4. aphor. 10. optima ſunt, & medicati in valde acutis eadẽ die, tardare enim in talibus malũ eſt. dum enim tempus procraſtinant, æger eo perducitur, vt nullo poſtea medicamento ſanari poſſit. Adde quòd cura non à leuioribus, ſed

3. & 3. artis curati. ab æqualibus eſt inchoãda, vt Galenus libro de temperamentis teſtatur. ſic maximos morbos lactucis curare aggrediuntur, vt ſi inter plures vnus euaſerit, miraculũ feciſſe videantur: ſi moriuntur, perſuadeant facile aſtantibus ægrum vi morbi non medici inſcitia perijſſe. Fides in hoc medico ſemper propoſita eſt, eum qui moritur nõ accuſaturum. ego autem tibi dico magnos morbos non niſi fortibus auxilijs ſanari à medico poſſe, q̃ ſi aliter curentur non à medico, ſed ſponte ſua ac naturæ robore, quæ omnia contemnit & ſuſtinet cauſa ſanitatis orta eſt. de qua nullam medicus gloriam conſequi

10. de ĩgenio ... collig. c. 31 debet. Nam vt Auerrois dixit morbi ſunt in triplici differentia, quidam ita parui cõparatione virtutis, vt ſponte ſanentur, quidam ita magni, vt etiam medici auxilio iuuati, ægri tamen pereant. In his duobus medica arte opus non eſt. Alij autem, ita modico à virtutis robore interſtitio ſuperantur, vt in his medicinæ auxilium deſideretur. Nam recte curati ſanantur: aliter, aut pereunt, aut in prauas incidunt, ac difficiles ægritudines.

¶ Præſtat igiť in magnis morbis à magnis auxilijs: in maximis, à maximis in leuibus, à leuibus in mediocribus, à mediocribus, initium medendi ſumere. Et hoc eſt ab æqualibus inchoare. Quòd ſi dubitatio accidat, ne in grauius aut leuius auxilium incidas, tutius à leuioribus, paribus cauſis, quã à fortioribus initium ſumes. Et hoc eſt qđ à leuioribus molienda eſt cura. Melius enim eſt, infra ſubſiſtere, quã exquiſitiſſime euacuare. Cum autem morbi natura ad ſtatum per augumẽtum accedat, ſintq; in augumento fortiora accidentia, quàm in principio & meatus aperti magis: merito ſi ſemper cũ æqualibus cura mollienda eſt, in augumento dabitur locus fortioribus auxilijs, quàm in principio: igitur à principio reſpectu augumẽti & ſtatus cum leuioribus inchoabis, & hoc eſt, qđ voluit Princeps. Iſti aũt à leuibus ſimpliciter initium exordiendum duxerunt, quod ſi à maximis ortus eſt auxilij in illis perſiſtes. Nam in talibus tpe parum differt ſtatus ab initio, ſi vero à magnis iuxta ſtatum ad maxima eiuſdem generis cura terminabitur. 4.p̃mi.c.13.

## Quòd uitant, aut procraſtinant ſanguinis minutionem. Cap. 17.

DECIMVSSEPTIMVS error eſt, cũ in putrida ſanguinis minutionem vitant, in continua autẽ procraſtinant. vnde Galenus, oĩbus putridis febribus venæ inciſio ſalutaris eſt in arte medendi, cum aũt intra venas humor extiterit valida virtute, & copioſiore ſanguine, & morbo imbecilliore, & q: per oĩa tempora auxiliũ præſtat. His quatuor cauſis tutiſſime ac vtiliſſime etiã à prima morbi hora minutio fiet. quãto enim citius, eo vtilius, ac p̃ſtantius ipſi vero cũ in multis interpolatis nulla obſtãte indicatione venã non incidãt, & cõtinuis primam diem non ſolũ, ſed quartam & ſeptimam tranſeũt, merito fiunt periculi ac mortis ægri rei. libr.11.poſt medium.

¶ Vtilius erit in interpolatis ſi reliqua cõſenſerint, ſanguis vero plurimus fuerit,aut p̃miſſa lenitione, ſi oportet,aut ſine ea venam incidere.Caue tñ ne materiam peccantẽ intra venas trahas in cont[illegible]uis protinus ab inuaſione prima venas ĩcides, eo magis ſi materia phlegmonem moliatur nitidis ventriculo,ac inteſtinis exiſtentibus, aliter autem lenitionem præmittas. vnde Raſis in continẽtibus plurimi eorum, ac omnes fermẽ qui ante euacuationem ſanguinem miſerunt,mortui ſunt,qui vero euacuationem ante moliti fuerunt ſanati, de pleuretico morbo loquebatur. Non ergo ad plus, ſecundam diem,aut tertiam ſine ſectione venæ pertrãſibis, ſi recte operari volueris vocatusq; fueris à principio.

Idẽ Auer.7. collig.cap.p̃.

## Quòd partem materiæ purgant in morbis quietis. Cap.18.

DECIMVS OCTAVVS abuſus eſt, cum in non turgentibus morbis partẽ materię purgant, à principio, alij autem electuario de ſebeſten, vt Venetijs, Mediolani cum trociſcis de violis ſine ſcãmonea, vbi turbith adeſt,q̃ nec verum turbith eſt,& medicina conturbans.Mens aũt Galeni ſuper aphoriſmo(Concocta medicari)eſt,vt non ſit quieta exiſtente materia alia purgatio vtilis, niſi lenitiua ſuper illud, Corpora cum quiſpiã purgare voluerit. Nam melius eligere debet medicus, ſed plus eſt ꝙ adimiť ex virtute eo tempore q̃ ex materia,& reliquæ partis concoctio impediť,& obſtructiones augentur.Igitur cũ quieta exiſtente materia nullum accidens ſæuum timeatur,nõ eſt facienda purgatio mãm minuens.multominus eradicatiua, vnde etiã prima quarti trac.2.cap.7.& apud me magis dilecta eſt adminiſtratio clyſterioꝝ ſm menſuram, qua indigetur in virtute.Huic rationi maxime credideris,ſi ea quæ in b[illegible] bonibus extrinſecus inciſis, ac nõ maturatis, aut exper[illegible]

Secundũ Leoniceni ſñia3. 22. primæ particulæ.

9.ſecũde particule.

Idem quarta primi ca.3. ad literam.

tus fueris, aut Albucaſis dictis credideris. Quæ enim ex his pernicioſa ſunt citius occidunt,quæ ſalubria tardiſſime,aut nunq̃ ſanantur,maturata aũt cito faciliter, ac ſine dolore,ad optimamq; ſanitatem perducunt. Rationes aũt Raſis in continentibus,de purgando à principio,alias diluam.Materia igitur non turgente,nec ad vermes parata ( iſtud enim quoddã genus eſt turgentis materiæ),quantũcunq; multa fuerit non purgabis, niſi poſt concoctioné.Adde ꝙ in aliquibus lenitio fieri nequit,niſi cum ſolutiuo,addito vt in ruſticis & habitatoribus montium,qui caſtaneis aluntur,& quibuſdam hominibus,quorum naturã præſcire oportet, vel vſu, vel auditu. ſæpius etiam nulla indigemus lenitione, niſi ea quæ fit per clyſtere,cum venter nihil deijcit,& ventriculus exaninitus eſt,pro qua lenitione Raſim conſule.

lib.2.ca.4.

℔ lib. contra dicentiũ medicorum.

4.ad Almã ſo.ca.18.

## Quòd nutriunt,& purgant in ſtatu. Cap.19.

DECIMVSNONVS abuſus eſt, cum in ſtatu vel augumẽto materia virtutem opprimente debilitas virtutis ab aſtantibus iudicatur,ob hocq; medici alterum duoꝝ faciunt, ac perſæpe vtrũq;, cibant alimentis nutritiuis,qualia ſunt ius,cõtuſum,aqua carnis, ac purgant:quoꝝ vtrunq;,ita pernicioſum,vt nil deterius,cum morbi conſiſtunt,ac vigent. melius eſt quieté habere, dicebat Hippocrates de purgatione loquens. & alibi in acceſſionibus ſubtrahere oportet,dare enim leſio,cibandi rõnem inſinuans.O miſeros illos medicos, qui modicæ gloriæ,aut cupiditate pecuniæ amicum,& ſibi fidentem occidunt:conſcientiam perpetua labe cõmaculant,ſeipſos æternæ damnationi addicunt. Nemo enim eorum ita ignarus eſt, qui cum hæc faciat ſe cõtra omnes medicinæ regulas facere ignoret, ægriq; perniciem accelerare:ſed timẽtes ne mulierculæ,aut fame interfeciſſe,aut cum oportebat morbo auxiliari neſciuiſſe

2.aphor.29

1.aphor.11.

Item.2.regi. acuto. ad literam.

dicant, plus hominum calumniam, quàm Dei offenſionem timentes, tam manifeſte peccant.

¶ Præſtat in his alium ſi times aduocare omneſq; vno cõſenſu abſtinere. Multitudo enim medicorum vnumquẽq; ab infamia vindicat. Si poſſumus etiam pronoſticari de accidentibus, illud nobis maxime conducit: at ſi fas non eſt, falſa infamia detineri melius eſt, quàm conſcientia malorum perpetuo cruciari. veritati enim inſiſtas, nam infamia falſi criminis tandem extinguit, cum veritas fortunam pediſequam ſecum duxerit.

## Quòd omnibus purgationem poſt ſtatum ſaltem expedire putant. Cap. 20.

prima quarti trac. 2. c. 7 VIGESIMVS error eſt, cum in cunctis purgatione opus ad ſanitatẽ eſſe putant, dicto illo Auicennę moti, & cũ natura non mouet, moue tu hora motus eius: non quidem modum mouendi, ſed horã determinauit. vtilius interpretamur aphoriſmum vndecũq; natura repit inde ducere per cõuenientes regiones, multi ſunt morbi, qui vrina, alij ſudore, alij vomitu, alij ſanguinis profluuio, terminantur, alij bubonibus, alij heriſipelate, alij vlceribus, hos omnes conantur, alui profluuio finire ventrem ſubducendo: nõne dixit Galenus, eo℞ quæ in thorace continentur nihil poſſe per aluum excerni, vt in laterali morbo, ⁊ peripleumonia. Cur igit̃ aut qua vtilitate purgant tales? Nã de antecedente cauſa nihil eſt quod minuant, ſtatus aut declinationis tempore, cum auctio per ſe ceſſauerit. Nonne dixit Galenus eorum morbo℞ iudicationes per abſceſſus fieri, in quibus natura nõ perfecte dominat̃. Hi fiunt materijs extra erumpẽtibus/euacuatio materias intropellit, nec poteſt tñ perfici: qm̃ natura non perfecte morbo imperat. His ergo pugnantibus ægrum perire neceſſe eſt. at dicent & febrem quidẽ habentis vẽtrem ſoluere melius eſt. quæ-

(margin notes: 21. pme particule. — 5. de locis affectis, c. 2. — 3. de criſi. cap. 11.)

ta primi ca.4. Hæc quidē indicatio eſt vomitus tantum cōparatione, vnde ſubiungit quā facere, vt ipſe euomat. Quod autem dixit, moue tu hora motus eius, in noua etiam traductione verſum eſt, hoc modo, moue tu motu conuenienti motui eius, quare emendatum eſt.

℄ Satius igitur fuerit, dūmodo indicium natura purgationis præmonſtrauerit illā viam ſequi, nec aluum mouere, niſi in vijs ductuum materia quieuerit: vnde in peſtiferis morbis, q natura non perfecte dominatur, ſicia iudicatio tentāda eſt. idq; bonum ſequi ꝙ in vnoquoq; genere cōmodiſſimum. eſt etiā quidam purgādi modus vnicuiq; familiaris pleuritidi, ſputum, aut vrina, ardēti febri ſudor, phlegmoni iecoris, ſanguinis profluuiū, tertianis vomitus, ſpleni varices, & vlcera incruribus, morbillis alui profluuium, peſtilentialibus abſceſſus, ſudor, aut alui deiectio, vomitus autē letalis iudicatio eſt.

## Quòd non utuntur, niſi medicinis quas appellant benedictas. Cap.21.

VIGESIMVS PRIMVS error eſt, cum in ſolis medicinis, vt dicunt benedictis, cōſiſtunt manna, caſſia, ſero, rhabarbaro, & ſimilibus: nā cum materia groſſa, aut melācholica fuerit, tollunt quod ſubtile eſt, & craſſum derelinquunt, & ita ex curabilibus morbis, incurabiles faciunt, vt igitur nō tutum eſt velle ſemper laborioſis medicinis vti, quæ robur virtutis exoluunt, & ad malas præparant ægritudines, ita nec laudabile, in leuibus conſiſtere, quæ morbos relinquunt deteriores, quàm prius curandos aſſumpſeris.

℄ Melius eſt igitur in craſſis lentiſq; materijs non euacuare: oportet, igitur cum proprijs ſemper operari. Serum enim in vltima ſubtilitate, lapis magnetis, in vltima craſſitie humores ſubducunt: reliqua ſunt intermedia, quorum ordinem alias in contradictore expoſui.

## Quòd materiam ſemper euacuant paulatim, ac concoquunt. Cap.22.

VIGESIMVS SECVNDVS abuſus eſt, tolerabilis tamen ac defenſione dignus, cum materiã paulatim docent concoquendam, euacuandamq́; ex dicto Auicennę, in quo tamen licet verba non mentẽ aſſecuti ſunt Principis, quoniam longe citius terminatur ægritudo, ſi ad vnam tantum vniuerſalem purgationẽ reſeruetur. Nam vna euacuatio alterius impedit materiæ delinquentis coctionem. Ita igitur intelligatur vbi periculum deriuationis fuerit, eſt autem cum virtus debilis eſt, vel iuxta principale aliquod mẽbrum materia delituerit, aut nimis molle, vt adenes, & pulmo. In his enim caſibus etiam non exacte maturum bubonem incidere conſuluit Albucaſis, in reliquis longe melius citiusq́; vna euacuatione ſoluitur morbus. vermium tamen memento. Nam in his vt dicemus nedum aliquoties expectandum eſt concoctionis principium.

quarta primi cap.3.

lib.2.&.4.

## Quòd dicunt non omnes morbos ad phyſicum ſpectare. Cap.23.

VIGESIMVS TERTIVS abuſus eſt, cũ omnes eas ægritudines ad curam ſuam pertinere negant, quę ſunt manifeſte, in quibus accuſari poſſunt, eas aût omnes profitentur, quæ ſunt difficillime accuſariq́; nequeunt. decorationẽ igitur & infantium morbos mulierculis, dentium dolores, tonſoribus: vulnera, vlcera, collectiones, Chirurgicis: oculorum vitia circumforaneis herbarijs: ramicem, & herniã, Circulatoribus: puerperarum dolores, Obſtetricibus: gallicã luem, Impoſtoribus: luxatos fractosq́; articulos, Reſtauratoribus relinquunt. Vbi nam Galenum, aut Hippocratẽ, aut Albucaſim, aut Auicẽnam inuenerunt, qui non omnem a[illegible]

profiterent,medicamenta ſingulis pararent, de his aper-
te differerent.vnde Galenus in primis artis curatiuæ li- 6.artis curat
bris,totā curandi methodum à chirurgica rõne aſſum- 14.eiuſdem.
pſit.vnde etiam oſſa à capite extrahere docuit lenticula
ri ferro, abſq; terebratione, qđ etiam in vſu eſt mirme-
tias etiam è crure extrahendas docuit.Herniam,puerpe
rarum paſſiones,infantiumq; diſtincte deſcripſit. Vnde
in conſilio morbi comitialis dicebat,At ei qui vniuer- „
ſales canones ignorauerit, nec ſexcenta præcepta ſuffi- „
ciunt: Impoſſibile enim eſt ſine curandi methodo,quā „
piam etiam,leuiſſimam ægritudinem recte curare. „

¶ Cur igitur ſi ſe medicos profitentur,hæc neſciunt? ſi ſciunt, cur literas neſcientibus prouinciam hanc cōmit tunt? Quòd ſi ſe victus rõnem & purgationem etiā in illis ordinare fateantur,quomodo aut purgare, aut victum ordinare poteris recte,ſi morbi qualitatem & magnitudinem ignoraueris? At dicūt à chirurgo recipio: non ne ſcriptum eſt,ſi cæcus cæcum ducat,ambo in foueam cadunt? eo magis, cum duo vel tres plerūq; ſint chirurgici etiam in maximis ciuitatibus, qui literis operam dederint, reliqui tonſores laruati lanienam profitentur. At dicūt morem ſequimur ciuitatis quale illud ſexto artis curatiuæ,in fine.Sed cum Romæ plurimum agerem ciuitatis morem ſecutus, permiſſa his quos chirurgos vocant, maxima horum operum parte non doctrinam,ſed manus operationem ſe oſtendit dereliquiſſe,quod ex prioribus verbis licet deprehendere.

¶ Quod ſi in hoc te non peccare,qđ tamen haud poſſibile eſt demonſtrares, quam tamen fidem medice tibi præſtabo,aut vomicam,aut ventriculi ficum,aut in hepate vlcus probe curaturum, ſi ozenam, aut bubonem, cui quotidie ſpecillo, aut manibus imponere, medicamentum potes ſanare neſcieueris? an credam illud quod intra eſt leuius eſſe, quod plerūq; perducit ad mortem,

aut ſcientiam tuam aſtrologo vel diuinatori compara-uerim, qui propria domus ſuæ peccata cum ignoret, de remotis maximisq; negotijs ſe ſcire profitetur. cũ enim vlcuſculum, aut parotidem curare neſciueris, quomodo quiſquam neq; cogitare poteſt, quod interius eſt vlcus, aut phlegmonem te rite curaturum.

ℭ Ad medicum igit̃ pertinere arbitror perfectũ, omne morbi genus ſcire curare, non ſolum per diætam, medicinas, & vnguenta, ſed etiam per manus operationem, inciſionem, videlicet, vſtionem, terebrationem, quod tamen eſt illiberale chirurgo pmittat/opus videlicet manus, quoniam longe differunt neſcire operari, nec præcipere, ac nolle manibus exercere. Nam cum hoc non ſit decens, reliquum tamen non ſolum vtile, ſed etiã eſt neceſſarium. difficiles enim bubones hoc modo curaui in triduo, ac decẽnes fiſtulas inueteratas, ac derelictos extrinſecus morbos miraculi modo qm̃ interna exterioraq; adiutoria probe noueram, itaq; ſolo famulitio auxilio, prout & Galenus, indigui.

## Quòd lunæ poſitiones obſeruant, ut non dent medicinas. Cap. 24.

VIGESIMVS QVARTVS error eſt, cum lunæ radiationes in exhibendis medicamentis vitant: nam cum ducere volueris elleborum, moue corpus dixit Hippocrates: cum vero luna cum ſole coit, vel radiationem inijt, mutãtur tempora manifeſte, quia elementa & humores agitantur. igitur bonum eſt, tunc medicinam exhibere in cõiunctione, corpus repletum purgabis, in quadrato poſt oppoſitionẽ purgabis melius, poſt venam incides.

4. aphor. 14

ℭ Cum igitur volueris recte operari, facies illud hora aſpectuum/maxima cum vtilitate, cauebis tamen tria. Primum quòd dies illa nõ ſit indicatoria, vel vetita ra-

tione naturali. Secundum quòd æger non ſit nimiũ debilis: ne ſi moriatur alia cauſa, culpent te. Tertium congreſſus Lunæ cum Saturno, vel Marte. q̃ ſi hora radiationis cum Sole, Luna Ioui, vel Veneri ſocietur, optimum erit purgare, vel minuere, vt placuit Galeno. 3. de diebus decretorijs 1 prin.

## Quòd de inutilibus quibuſcunq; rebus decertant. Cap. 25.

VIGESIMVS QVINTVS eſt, cum de minutiſſimis rebus diſceptant grauiora prætereunt, vt videantur diligentiſſimi medici. memini me aliquando vidiſſe clariſſimos medicos concertantes ſuper differẽtia duarum drachmarum, à quatuor ſyrupi de lupulis, qui tamen raucedinem per venæ inciſionem curare nitebantur: neſcientes illud modernioris, qui raucedine detentus minuitur, nunquam curatur, merito igitur tales nõ medicos, ſed ſophiſtas optimus appellauit Auenzoar. decimant enim mentham, & anethum, & grauiora legis derelinquunt. Optimum medicum decet, non ita ſubtiliter minutiſſima trutinari, quandoquidẽ non ſuffi ciet grauioribus omnibus extimandis. In primo. Philonium. p̃ theſir tract 10. cap. 8.

## Quòd frictiones dimittunt frequẽter. Cap. 26.

VIGESIMVS SEXTVS abuſus eſt, cum frictiones non niſi paucis morbis imperant, propter diſſuetudinem: cum tamen cunctis, nullis exceptis, non ſolum vtiles ſint, ſed & neceſſariæ, vnde Celſus, Frictio cum omnibus vertebris ſit neceſſaria, maxime tamen vtilis eſt his quæ in collo ſunt. lib. 4. cap. 3

¶ Adnotare lubet alium errorem in frictione excipientium, pectus, & ſpinalem medullam, q̃m Galenus de ſolis cruribus & brachijs loqui videtur. Nam Celſi authoritas, & ratio dictant, neq; dextrum hypochondriũ ſoli in frictione excipiẽdum. In cunctis igitur morbis fri- 12. ingenij iuxta princ.

ctio vtilis eſt & neceſſaria,& quocunq; morbi vniuerſa li tempore,ſed pro eorūdem diuerſitate varianda.

## Quòd roborationem uentriculi prætereunt. Cap. 27.

VIGESIMVS SEPTIMVS error eſt,cum in omnibus morbis permutata victus ratione,neceſſe ſit ventriculum à propria fortitudine minui, conuenit igitur ſemper ei præſidium admouere, quod tamen negligunt,vnde Galenus ad Glauconē,in cura tertianæ nothæ,& quotidianæ,conſuluit,tanq̄ magis manifeſte ventriculo laborante, confortātia admouere præſidia, tum per interius,tum etiam per exterius.In frigidis calida:in ſiccis autem ſolam lactis pinguedinē prodeſſe inueni. In reliquis autē cauſis maxima auxiliorum copia non deeſt.Conuenit igiť omni morbo,omniq; vniuerſali eius tempore,hęc duo ſemper præ manibus habere, frictionem/& ventriculi conſeruationem.

In primo.

## Quòd in bubonibus extrinſecis uenam incidunt. Cap.28.

VIGESIMVS OCTAVVS error eſt,cum in bubonibus,cæteriſq; abſceſſibus,quos natura foras ad loca minime periculoſa deſtinat,ſanguinis minutionem ſalutarem decernunt, ſolumq; quòd quantitas materiæ aufertur conſiderant. quòd autem modo non conueniēti, non aduertunt.decepti authoritate Galeni. cucurbitulæ non niſi vacuato corpori cōueniunt.Nam cum medela hæc ad diuerſum trahat periculo maximo vim naturæ,ac conatum impedit:cumq; ab extra ad intus perniciem molitur,duplex igitur malum eſt,naturæ impetum rationalem auferre,ac ad loca periculoſa materiā trahere. Galenus autem eo loco cucurbitulas ſine ſcarificatione,non cum inciſione damnauit.

Ex Gale. ſniã 1.ad Glauconem.2.

lib. de hirundinibus.

¶ Præſtiterit igitur pluribus in cauſis copioſa vti ſanguinis detractione per cucurbitulas, cũ profunda inciſione. Nam ſic & conatum naturæ iuuabis, & ſanguinẽ minues, & materiam ad locum ſalutarẽ deriuabis: quando autem & quibus in caſibus, docebunt te libri cõtradicentium medicorum, quos fecimus.

## Quòd in laterali morbo minuunt ab aduerſo uel in pede. Cap. 29.

VIGESIMVSNONVS error eſt, in laterali phlegmone cum quidã ex aduerſo, alij ex eodem latere, alij in pede ex initio venam incidãt, cum ipſis ſit perſuaſum Galenum, Auẽzoar, Meſue, & Raſim, ac Principem, diuerſa ſentire, nec vlla magis in medela eſſe diſcordes, cum tamẽ in nullo quod quęrunt aſſequantur, dumq; oẽs pariter ſtudent imitari monſtrum nouum, nullũ imitantur. eoq; inſaniæ ventum eſt, vt à Principe decepti, ſaphenã præferant, morboq; etiam procedente primã ſanguinis miſſionem ex aduerſa parte molliant.

¶ Ego ſanè in vera pleureſi tãtum ſaphenæ ſectionem, Galenum & Hippocratem horruiſſe video, vti etiam in ea quæ in inferius coſtis eſt, potius eiuſdẽ brachij, quàm pedis ſectionẽ prætulerint: cum tamen ea ſanguinis detractio à loco patiente, nihil demat, niſi corde intercepto. quomodo igitur vnquam ſalutarẽ ſaphenæ minutionẽ dixiſſet Hippocrates, aut Galenus in laterali morbo ſuperiore, binis interceptis geminationibus inter venam minutam, & locum patientem. Quod igitur ipſi habent pro familiariſſimo, neq; in mente fuit vnquam, Galeno, vel Hippocrati.

¶ Cum morbus lateralis in initio eſt, tutius ſi parũ ſanguinis ſit detrahendum, aduerſa parte fiet. ob hæc Arabes, oppoſitam laterali prętulerunt, quod ſi multus ſanguis ſit detrahendus ex eodem latere fiat, copioſa enim 13. de ing. di. 3. ca.

ſanguinis detractio ex latere eodē aduerſæ qualiſcunq; fuerit præſtantior eſt. hæc igitur vtilior ſemp, illa qñq; ſecurior: quod igitur periculoſum, magis vtilius etiam eſt, quod vero ſecurius plerũq; & inutile euadit.

℄ Modus autem ſanguinis mittendi eſt, in totum conuerſus conſuetudini medicorum. Nam Hippocrates, & Galenus præcipiunt, vt ſanguis mittatur bonus & clarus, donec incipiat apparere liuidus, aut niger. Nã tunc ſignum eſt, φ ſanguis qui in phlegmone erat, minuebatᷣ, tunc ergo ſi virtus conſtat etiã aliquid ex eo minuendũ eſt, aliter tunc ſupprimẽdum, ita quòd terminus ſuppreſſionis ſm Galenum, eſt in ſanguine malo. Medici autem noſtri temporis, nõ magis in hoc, quã in reliquis actionibus prudẽtes, totum oppoſitum faciunt. Nam cum ex febre ſanguis qui primo exit, quoquo modo niger ſit, eum tanq̃ noxium detrahunt: cum autẽ ſanguis probatus incipit exire ſiſtunt, qm̃ theſaurum naturæ ab Auicẽna appellatum vident: itaq; totum abſceſſum intactum relinquunt, & ægrum hoc modo occidunt. habentq; in hoc authoritatem Galeni ad Glauconem, dicẽtis, ſi ſanguis bonus eſt, ſupprimatur, quod haud in apoſtematibus dixit. illi vero φ de febribus dictum eſt, de apoſtematibus dictum etiam, & verũ putant. Tam craſſa ergo ignorantia multipliciq; occidunt ægros quatuor delictis. Primo quia ex ſaphena minuunt. Secundo quia ex aduerſo latere. Tertio quia nimis parum detrahunt, nõ expectantes, quòd ſanguis niger, aut liuidus exeat, cum id citra multitudinem haud fieri queat. Quarto quia terminum ſiſtendi oppoſitum rationi de directo conſtituunt, cum bonus ſanguis exire incipit. In morbo igitur tam frequenti tot modis peccant.

[Margin: 2. reg. acuto. 12. t. & circa et in cõmen. vide.]

[Margin: quarta primi ca. 29.]

[Margin: lib. p̃ de cura quartane.]

℄ Concludo igitur, quòd in morbo laterali in quo virtus ſteterit, ⁊ ſanguis minuendus ſit, quod omni tempore, ſiue in principio, ſiue augumẽto detrahendus eſt ſãg.

guis ex latere eodem, ex brachio, ex interna vena, nó ex cómuni, vt plerúq; faciunt, donec ſanguis niger, vel liuidus apparere incipiat. Quod ſi dolor acutiſſimus extiterit & virtus valida, ét ad animi vſq; defectionem. 4.reg.74.

## Quòd in urinis turbatis ſanguinem mittunt. Cap 30.

TRIGESIMVS error pernicioſus eſt, cum turbatis vrinis ad ſanguinem minuendum properát, quoniam per eam inflammationem ſedare ſperant, tales autem ſunt, quibus natura morbo perfecte dominari non poteſt, vnde indicatio per abſceſſus exteriores eſt expectanda: cum igitur minutio virtutis tenorem tollat, & ad contrarium naturæ impetum retrahat, merito cauſam mortis dediſſe videbitur.

¶ Omnibus his in caſibus vbi nullũ phlegmonis interioris ſignum apparuerit tutius per ſanguiſugas, & cucurbitulas ſanguinem auferes copioſum pro qualitate temporis, morbi, virtutis, & humorum abſceſſuiq; viã cóparabis, nec ad exacerbationem bilis deduces. cóſiderãdum tñ an ex feruore, an venenoſa qualitate turbent.

## Quòd in hæmoptoicorum curatione ſunt ſegnes. Cap. 31.

TRIGESIMVS PRIMVS abuſus é, in hemoptoicorum curationibus, quos omnes certe deſtinant morti, nam cum in his copioſiſſima ſanguinis minutio conueniat, ſicq; omnes à die prima liberentur, vt Galenus teſtatur, ac repetitis exemplis demonſtrat. Medici tamen noſtri temporis non audent, ſed breué & intercıſam detractioné faciunt, putantes, ſe Auicénę præcepto muniri. cum tamen ſciant Hippocratis dictum: à ſanguinis ſputo, ſaniei ſputum: à ſaniei ſputo, phthiſis: à phthiſi autem mors, vnde Galenus eorum, quos iam ſa- 5.ingeniji. prima quarti trac.ca 7. 7.apho 15. & 16. 5.ingenij.

nioſum vlcus occupauit, neminem ſanatum vidi, & parum poſt, cũ vero phlegmone inuaſit, exigua ſpes eſt ſalutis. Cur igitur cum à latere lõga tabes ægri cruciatus familiæ infectio, diſpendium ampliſſimum, mors certa ſint conſtitutæ, ab altero ſi vena prompte ac ſæpius copioſeq; minuatur, ſolum mortis periculũ, rariſſimumq; immineat: præeligunt tamen tantam infirmi, ac domus ſuæ iacturã periculoſa ſanitate? vellem in hoc mihi aliquem ex his qui ita acuti ſunt ad accuſandum, cæteros nunc r̃ndere ac defendere, qm̃ in propatulo eſt/ex ruptura venæ in pulmone nullũ, in pectore autẽ rariſſimum

lib.10. cõualeſcere: quare in curatiua arte/Thucididis dictum ꝓbatur, quibus alia ſalutis ratio nõ eſt, & quæ vnica videtur ea dubia eſt, neceſſe eſt eos aduerſos periculis ire.

¶ Debent igiť in hoc medici certa calamitatis iactura demõſtrata ſi à cura abſtineãt, præceptisq; ac antiquoꝝ vſu citatis, imminentisq; periculi, habita admonitione, curã veram non fucatã, qualem Gal. docuit amplecti.

## Quòd in cognitione emoptoicorum proprie aberrant. Cap 32.

TRIGESIMVS SECVNDVS abuſus eſt, circa eundem morbum ferè, nã cum maxima interſit differẽtia inter fluorem ſanguinis, & ſputum, vnum pro alio capiunt, cum tñ longe differant, nam ſputũ ſanguinis niſi in tabifico ſit, omnino caret periculo, fluor aũt

4.aphor 25 maximo ſemper periculo copulatur: vnde Hippocrates

lib. 2.ca.9. ſanguis quidem ſupra qualiſcũq; fuerit, malum: dicitur enim fluor, vt Aurelianus refert, cum ſub quãtitate magna ſanguis expuitur, rutilans nõ congeſtus, ſputum vero cum pituitę permiſcetur, modicumq; excernitur, aut congeſtum, quale in longis orationibus, in reſudationibus grauedinibusq; excerni ſolet, vnde Plautus iamdu-

In mercatore. dum ſputo ſanguinẽ: quaſi longũ, non perniciosum ne

minauerit morbum, apertione enim orificij venæ etiã expurgatur. Fit etiam propter eroſionem in hoc ſalſum ſputum apparere neceſſe eſt, aut hominẽ tabificum fuiſſe. hi ſunt, qui magno malo curati credũtur, cum nullus hic morbus ſit, nulla hæc ſit ægritudo. Hæc eſt medicorum iactantia eum curaſſe, qui nihil mali habet, eorum vero, qui vere laborãt, hęmoptoica paſſione neminem fuiſſe ſanatum. nuper dum hæc ſcriberem quidam aduenit, qui ſanguinem phlegmati permixtum ſpuebat, cum nec ſalſum ſputū eſſet, nec homo tabidus, iuſſi eũ nihil timere, cumq; quòd viſcus expurgare dediſſem, repente ſanatus eſt. cum hic alias eundem affectum habuiſſet, medici dixerunt eum fore hæmoptoicum, itaq; fidem ex hoc pręſtiterunt, aliquos ſine periculo, maxime minutionis poſſe liberari.

¶ Patiente ſputum ſanguinis citra tabem ac ſalſedinem ad te veniẽte: ptiſana cum ʒucaro eum cibabis, caput curabis, frigidis leuibusq́; glutinantibus medicinis opitulare. Nã vel ex faucibus, aut è capite, aut aſpera arteria, aut reſudatione aliqua prouenit, ita vt omnino liberũ à periculo ægrum eſſe iudices, quod ſi cum hoc etiã febris inuaſerit, tutiſſimum ſignum eſt, non exiſtentis fluoris. quod ſi cum hoc ſubniger eſt & congeſtus, tunc certum ſalutis indicium. eſt enim ex arteria venali, in aſperam tranſitus ſpiritus quo aer defertur. hic ſi dilatetur, ſanguinem qui in illa continetur in aſperam trãſmittit abſq; noxa. nõ quòd oſcula venarũ aperiantur vt exiſtimat Trallianus. ob id illud eſt aduertendum aphoriſticum à ſanguinis ſputo ſaniei ſputum. neq; enim ſemper malum eſt ſanguinis ſputum quod ex pulmone prouenit, vt Galenus dicebat, ſed ob eroſionẽ vel rupturam.

## Quòd adminiſtrant puluerem cordialem cum cibis. Cap. 33.

TRIGESIMVS TERTIVS error circa febres ac venenoſos morbos ita impudens eſt, vt nō à medico fieri, ſed à vetula vix perſuaderi poſſem. Cum tñ omnes admittant, puluerem enim cordialē, ita enim appellant ex iacintho, cæteriſq; lapidibus cōſtantem, ac ſacharo (ſatis hercle iucundū, puluerē guſtu) cibis permiſcent. In hoc oēs, vos ô medici percunctari, vellem: nam etſi vobis concedatur, lapides illos veras eſſe gemmas, quāq; & hoc ſuperius reprobatum ſit: primū an ſciatis, quòd res dulces ad faciendam oppilationem ſunt veloces, vnde Serapio, & dulcia ſunt ad inflāmationem hepatis parata, quod dictum Alexander à Galeno iam ſuſtulerat. 2. de alimentis: quid aūt magis hepatis inflāmatione, & obſtructionibus periculoſius, cum vtrūq; patris & matris ægritudinum vicem gerat. Nam ex obſtructione putredo/à putredine morbus ab hepatis inflāmatione, tabes, febres, cordis æſtus, hydrops, cæteraq; pernicioſa mala non magis alia cauſa fieri poſſunt.

tertia primi doc. 2. ca 7. 4. breuiarij ca. 2. c. 61. ſecundi lib.

¶ Secundo, ſi alexipharmaca hæc eſſe credūt, neceſſe eſt magnā in eis vim credere, vnde Galenus. 5. ſimplicium medicaminum, neceſſe eſt cum alexiteria inter humanū corpus, ac deleteria ſint cōſtituta: æqua rōne ab vtraq; diſtare. igitur neceſſe erit, vt copioſius ſumpta multum corpus à naturali temperie mutent. Cum igitur fortia ſint medicamenta, quomodo innoxie cibis iungentur. Vnde diuus Auenzoar, & qui ſumpſerit theriacam vel ſmaragdum, non recipiat cibum niſi poſt ſeptem horas, & poſt addit rationem demonſtratiuam talis abſtinentiæ, quid hoc clarius, allegent mihi authorem, qui hoc conſulat vel concedat.

ca. 17.

p̄ theiſir. c. p̄.

¶ Tertio, quia lapis hic puluis eſt, ex cibo & contrito lapide cementum fieri ſolet, quo nihil eſt durius, nihil pernicioſius, qualem putas debere obſtructionem fieri. Vtinā ego intelligerē quo nam conſilio maltam ægro-

rum corporibus introducere velint? At ſi didiciſſent ex diſſectione quòd venę caui iecoris & gibbi adeo exiles ſint vt adhuc incertũ ſit an inuicem cõmittantur, haud dubitarent ab hoc auxilio in perpetuum abſtinere.

¶ Quarto, quia cum cibus medicinæ tali permiſcetur ſi cito tranſit obſtructiones maximas facit, quia crudus eſt, ſi tarde, nõne auxiliari ope deſtituetur, longa coctione permutatus. Solent enim non ſolum alexiteria, ſed & venena vim ſuam perdere, ſi diutius coquanẽ, vnde Auicenna, & cum timueris veneni exhibitionem, multoties cibi plenitudo nos ſecuros reddit, quoniam veneni virtus validiſſima cibo obtunditur: quid ſperãdum erit de his alexipharmacis, quæ etiam per ſe propinata modicã ſui ſpem promittunt, hæc eſt tam frequens eorum laudabilis conſuetudo. 6. quarti t. ꝑ ca. ꝑ.

¶ Annectitur huic non minor inſcitia minore tamen iactura cum mixturam quãdam appellatam cordialem ex floribus, bugloſi boraginiſq; ac ſacharo conſtantem propinant dulcedine, ac craſſitate obſtruentem, adulterinam nõ ſolum ob pulueres vitiatos, verũ quia quòd bugloſum adhuc eſt incertũ, grauem coctione, vermes alentem, qui plurimum peſtilentibus febribus copulantur, ventriculo hærentem, flatuoſam ac nõ paruum cibi tædium afferentem. Quòd autem grauis ſit ac flatuoſa colligitur, q: tumet à calore, vt. 3. de regim. à Gal. habeẽ.

## Quòd in uermium cura dant res leues & incognitas. Cap. 34.

TRIGESIMVS QVARTVS error in vermium cura multiplex eſt, nam cum leuibus primo eos aggrediũtur, dumq; necare ſtudent, grãdiores adultoſq; efficiunt, quoniã inefficacia auxilia exhibent. Secũdo quia cũ incertis medicinis expellere conantur, quales ſunt os monocerotis ab eis tantum opportunũ cre-

ditum, quãtum pretioſum à nullo cõmendatum authore,ab omni tamen medico collaudatum,tunc enim conueniet talia incognita experiri, quando quæ manifeſta qualitate iuuare ſolent, non iuuant, qualia ſunt omnia vehementer acria,acida,amara, pürgãtia, dulcia, etiam copioſa quandoq; diſrumpunt: verum ſunt periculoſa. omnia etiam acri odore prædita, vt kabrog, turbith, rhabarbarum,radix filicis,ſemina caulium,portulacæ, ſantonicum,indicum,agaricus,aloes,ſuccus citranguli, crocus,diptamus vſualis,multa etiam alia ſtrenua medicamenta. Cur ergo ea tentant, quæ fallacia non ſolum ſunt, verum & ratione carent, vnde Galenus, virtutem

3.c.24.in fi. nullam credidit, quæ à primis nõ deſcenderet qualitatibus in libris ſimplicium medicamentorum, vnde in libello de lithiaſi: non ſunt ſane mihi accepta medicamina, quę occulta virtute agant,nec illis fidem habeo. Tertio peccant cum pulueres dulces exhibẽt incerta ſalutis ſpe: certa tñ iactura,nam ſachari vis ſatis quidem ad confirmandos vermes manifeſta ſit,coralli autem & ſmaragdi credita.nolim ergo incertum iuuamentum,certo dãno etiã longe minori præferri. Quarto quia eos copioſe nutriunt plus vermibus, quàm homini ipſi nutrimenti præſtãtes:nam niſi pellantur,cibis ali non debent,cum haud quaq; occaſio detur,niſi famelicos occidendi.

¶ Præſtiterit igitur cordi vtilibus pulueribus non dulci aqua, ſed cum vino, per plurimum tempus ante cibũ vti: ita vt horæ ſint nõ pauciores,quàm quinq;,cibi vero medicinales, ac cordi proprij, vt ex croco, bugloſo malo medico, citrãgulo, limunio.Cauere etiam dulcia oportet niſi citra vermium ſuſpicionem res agatur,tũc enim prodeſſe poſſunt, ſi liquida ſint, quoniã prompta ad cor deferuntur,ſalutaremq; vim ſecum ducunt.

¶ In vermibus autẽ à forti auxilio initium duces diaturbith,itaq; inter compoſita, qđ cum rhabarbaro &

ficitur, omnium auxilioꝝ eſt præſtãtiſſimũ à drachmis tribus vel circa, quod cum diutino experientia compro bauerim, rationem habet etiam manifeſtam cur cunctis alijs medicamentis prẹponi debeat. Nam dulcedine ſua à puẹris libenter deuoratur, rhabarbaro vermes concidunt & membra confortãtur, turbith ſedes illorum expellitur, reliqua non ſolum gratiã præſtant, ſed ꝛ innoxium reddunt, ita fit, vt iucundiſſimum, innoxium validiſſimumq́ſ ſimul ſit, inter ſimplicia aũt nil fortius occidit, apij ſemine: verum, & illud ſoli in montibus expoſitum natum ſit, nec tamen epilepſiam mouet.

## Quòd in febre peſtilentiali procedunt cum infrigidantibus. Cap. 35.

TRIGESIMVS QVINTVS abuſus eſt, cũ in peſtilẽtibus febribus, curã inualidam, inanemq́; exercent, ac ſanguinem ẽt morbo procedente minuunt, in hoc tãtum ſolo excuſati, quod cum Galeno cæteriſq́; antiquis peccant. Fatetur enim Galenus medela ſua parum profeciſſe, vexillumq́; gloriæ in bolo armeno collocauit, quo ſcimus ferè nullos his temporibus ſanari. 5. artis cura. 9. ſimpl. medicamento.

¶ In hoc certe morbo & modum medendi permutare oportet, nã calidis plus q̃ frigidis tollitur, habet & ſua concoquentia, alia longe ratione inuenta, ac longo vſu qualia à maioribus noſtris accepimus, quibus ẽt nunq̃ ſimilia vidimus, de quibus etiam alias longo ſermone ſcripſimus. habet enim & hoc morbi genus medelã propriam, qua omnes penè curari poſſunt, ſicut ꝛ Gallicus. Cumq́; optimum ac frequens experimẽtum ratione certa cõfirmauerit, eum qui negat ſe ſanare poſſe, iure merito deſtituemus, ſed cum moras nõ patiatur, vt Gallicus audentius modum curationis ſuæ tutantur medici peccare ſe nõ arbitrantes, cum eos ſanare nequimus, qui ab [illegible] deſtituti ſunt, morbi malitia inducias nõ admitten-

te,ſi quidem ex ſolo morbi initio probe auxiliamur.

## Quòd pulicarem morbum,morbillum credunt. Cap.36.

TRIGESIMVS SEXTVS error exitialis eſt, in eo morbo qui pulicum maculis ſimiles in corpore notas efficit:nā eum nomine morbillorꝫ appellare nituntur,nos pulicarem à ſimilitudine nominabimus, & licet dicat Raſis.18.continentis cap.8.ꝙ blacciæ non habent eleuationē in cute,& ſunt rubeæ in ſuperficię cutis,& ita videretur hic morbus ab illo cóplecti, tñ dixit parum infra authoritatē Gregorij qȯ blacciæ ſunt aridæ & ſiccæ,variolæ humidæ.ex quo apparet ꝙ eminentia eſt in vtroq;:ſed differens,quia in variolis terminatur in acumen,& eſt cum ſanie,in blaccijs neutrum illorum,ſed aſſimilatur igni perſico quaſi.ex quo patet pulicarem morbū, qui nullo modo extra cutim eminet, nō eſſe vocatas blaccias à Raſi,ſed blaccias eſſe morbillos.

℄ Exiſtimant igitur morbillum eſſe pulicarem morbū, vnde ⁊ curā eandem eſſe neceſſe eſt.vocatur autem Venetijs pulicaris morbus,petechie:Mediolani ſigna,quo errore dum medici tenentur, infinitam ægrorꝫ multitudinem peremerunt.Nunc etiā cum nihil ex morbillorū
2.aphor.52 cura profecerint,attamē inſiſtunt exiſtimātes illud Hippocratis, omnia ſm rationem faciēti, & non euenienti, non eſt tranſeundum ad aliud:ſtante eo quod à principio viſum eſt.nequaquam voluit Hippocrates perſiſtere in his quæ contra rationem operamur,qualia ſunt hęc, nam pulicarem non eſſe morbillum paucis accipe.

℄ Morbilli ſunt in cute eminentes ex toto genere ſuo ſalutiferi, omnibus hominibus aduеniunt, ſicut & variolæ,vt dicebat Auerrois ſinguliſq; annis ſpectatur, à rubeo rariſſimus eſt, rariſſime niſi ſemel eidem homini aduenit,mitia habet ſymptomata,rarus etiā,niſi in pu-

ris, ac aliquibus adoleſcentibus videtur, non bubonibus peſtilentiæ ſociatur.

¶ Pulicaris ſine eleuatione omnino eſt, ſolaq; macula cutis exiſtit/genere ſuo mortiferus, nec dimidio humani generis adueniens: ſolis ſtatis temporibus non ſingulis annis ſæuit, modo cœruleus, modo viridis, frequẽs etiam niger eundem hominem, bis, terq;, quaterq; inuadit ſymptomatibus ſæuiſſimis, omni ætati etiam vſque ad extremum ſenium infeſtus. bubonibus, ac peſtilentię ita familiaris, vt raro ab ipſis abſcedat.

¶ Quæ ſanè vetula eſſet, quæ iam hæreret in iudicio, quæ non diſtingueret, quæ contrarijs morbis diuerſas curas opportunas nõ indicaret, illi pertinaces decocta ad explodendum propinant, vt in variolis & morbillis ſolet fieri: cum pulicaris macula ſolũ ſymptoma ſit, nec vlla materia ex eo excernitur, morbillus autem nõ ſolum ſignum eſt, ſed partem delinquẽtis materiæ continet, ob hoc expelli deſideratur.

¶ Nec tamẽ putes me blaccias velle à morbillis differre, ſed ad eum qui ſubterfugere poſſet ex mala verſione ſcripta ſunt.

¶ In hoc igitur morbo, cum peſtiferus ſit, & non ſolum epidemius præſtabit curam eam quæ peſtilenti debetur adminiſtrare: in hoc ſolo mẽtem apponens, quod cum in ſubtili ſanguine accendatur, cutimq; tentet natura, quæ talibus refugium eſt vnicum, ſudorem eius veram criſim oſtendit; quare non deficientem adiuuabis, languẽtem coercebis, cordi auxilia feres, pauciq; ab initio curati periclitabũtur. Liquet etiam ex hoc, eos qui aquã deſiderant, nullo meliore auxilio, quàm eius potu ſanari poſſe, ſi reliqua conſenſerint.

## Quòd in morbi gallici dignotione cauſis & cura peccant. Cap. 37.

TRIGESIMVSSEPTIMVS abuſus eſt, circa morbi gallici naturam qualitatemq́;,ac ſigna & medelam, de quo, quoniam libellum integrum ſcripſimus,ad illum te remitto.

## Quòd non expectant operationem medicinarum. Cap. 38.

TRIGESIMVSOCTAVVS error eſt, cum multitudine medicamētorum ægrum onerant: eo dum, vt nec vnius auxilium patiantur, impediunt, nocent, debilitant, expenſis inanibus ægrum exhauriunt, hocq́; faciunt,vtplurima ſcire videantur. vnde qui pauciora ſcit,plurima ſemper exhibet, quoniam omnia omnibus conferre exiſtimat, decipiunturq́; quodam dicto Principis, & cum medicamentum non iuuerit, permutate ad aliud, ſupple tu, tanto temporis ſpatio expectato in quo auxiliari potuerit.nam cum tunc non auxiliabitur, aliud eſt quærendum medicamen, vnde ante dixit,caue ne à rectitudine recedas,licet videris quod ipſarum tardetur iuuamentum.

quarta primi ca.p̄.

## Quòd in doloribus non utuntur propriis. Cap.39.

TRIGESIMVSNONVS abuſus eſt, cum in vehemētiſſimis doloribus interioribus,vndecúq; ſint per enemata ſuppoſitoriaq́;,ac anodina medicamēta curam aggrediuntur. quòd ſi intolerabilis omnino dolor extiterit,ad ſtupefacientia accedunt,aliter autem in primis ſubſiſtunt auxilijs, nil acopum adminiſtrant, aut ſtupefaciens, ad quod occulta poſſit virtute proficere,vt dolor mitior fiat,nam calidum trahere, frigidum denſare, ſtupefaciens virtutem eneruare, atq; periculoſiorem morbum reddere dictitant.

¶ Hoc in errore non tantum ſicut in reliquis ſunt ac-

ſandi, cũ ſe bene facere putent, licet male faciant, illudq́; canonicum credunt: in reliquis cum aut rudi inſcitia, aut timore aſtantium, aut obſtinatione diuturni abuſus periclitentur.

❡ Si igitur dolor qualiſcũq; ſit, ſiue acerbus, ſiue mitis vexauerit quomodocũq; tollendus eſt, dũmodo non ꝑ narcotica vocata medicamenta: eo enim tantũ in intolerabili opus eſt, ſed & tunc vltimũ proponendum, qualia auxilia ſunt, cornu cerui, galanga vſu nota, piper, limaces, nã nocumentum qđ ex debilitate virtutis fit, & materiæ attractione doloris tempore (nam dolor ſanguinis ꝓfluuium irritat, & phlegmones facit) maius eſt, nocumento condenſationis materiæ ex medicamento frigido: & ſæpe etiam maius periculo torporis membri à ſtupefaciente medicamento inducti. non ergo expectabis lenitionẽ in ſedando dolorem, oportet tñ illud facere, & hoc non omittere: caue tñ ne medicamento morbi magnitudinẽ excedas. At dicẽt, vera doloris cura eſt cauſę ablatio. fateor, aliud tñ eſt à quo cura ſit exordienda, aliud in quo finienda perficiendaq́;. nam ſic conueniret in quocũq; morbo ex humore cõſtante radicitus à principio purgare. At dicent in eis prohibet cruditas. at ego dico in doloribus ſæpiſſime, & dolor, & cruditas, & debilitas virtutis, & ſymptomata mala impediũt, vt vomitus. hoc abuſu, quamplurimi pereunt, aut contabeſcunt, qui cito alioquin ſanarentur. 3. & 5. ingenij, & 2. de dif. feb. ca. 11. & in technis 95.

## Quòd in uehementibus doloribus timent mittere ſanguinem. Cap. 40.

QVADRAGESIMVS abuſus eſt, cum in eiſdem doloribus, quãquam acutiſſimis vana ſuſpicione, ne virtus ſoluatur detenti ſalutarem venę inciſionem prætermittant, cum tamen ex Galeni præcepto ſit, & dolorem mitiget, & nos ſęcuros à phlegmonis ſuſpi- lib. de præſagijs, vbi vſq; ad animi de-

ſiquiſ,& pri/ma aphoriſ. 23.&.9. de inge.ca.4. dictuȝ vero ad Glauconē p̄. ca.14. loquit de doloribus q̄ ſunt febrium ſymptomata.

cione reddat,ac ex conſequenti ſemper ferè à morte,raro enim dolor occidit,niſi phlegmone concitato.

## Quòd in nephriti utuntur diureticis cibis. Cap.41.

QVADRAGESIMVS PRIMVS vſus dānandus eſt,in renum calculo,cum cibos diureticos vinaq; alba propinant, credētes vias apertiores reddere,cum plurimam eo materiam coaceruent, lapidemq́; ac arenas aduocent. nam quod ſperāt materiam ibi moram nó ducturam,haud impetrare poſſunt, cum mora nutriendi cauſa ſit neceſſaria,apertis igitur venis de materia plus accedit,cum hoc etiā podagram adiungunt,vnde in cómuni adagio ex lithiaſi podagra. itaqȝ vnum volētes morbum curare ipſum deteriorem reddunt,aliumq́; non minus grauem adiungunt.

¶ Melius eſſet igiť cibaria ventrem ſubducentia minimeq́; aperiētia aſſumere, ſed conſtringentia qualia ſunt quæ obſtruūt,ac vnctuoſis,vel lenientibus cóplicanť.

## Quòd concoquentia trina faciunt. Cap.42.

QVADRAGESIMVSSECVNDVS abuſus eſt, cum concoquentia trino numero terminant.cum ſanguinem pondere,non virtute,non qualitate,non impetu metiuntur,eoq́; tantū vſus malus creuit,vt mihi, q̄nqȝ quatuor aut quinqȝ concoquentia danti,qm̄ non protinus medicinam exhibebam,mulierculæ ſubmurmurarent,qđ adiungitur deterius eſt, cum miſſionē ſanguinis iteratam magnæ minutionis vicem ſupplere poſſe credunt. cumqȝ hoc, in vtriſqȝ ſinochis peccato pernicies,aut morbi longitudo ægris cóparať.

h.artis cura.

¶ Cogitare oportet concoctioné materiæ,vbi ægrum videre non poſſis,ratione habita,tum morbi,tum ſymptomatum iudicabis, nulliq́; numero famulaberis, ſe

ad vltimã vſq; coctionem peruenies: in ſanguinis etiã miſſione iterationem fugias, cum vna copioſa ſecure administrari poſſit, iteratio enim Arabibus qui in calidiſſima regione habitant, ob idq; parum etiam ſanguinis habent, maxime placet.

## Quòd in hydrope utunt̃ ſoldanella. Cap. 43.

QVADRAGESIMVS TERTIVS eſt error, cũ in hydrope ſoldanella vtũtur, quę hepar debilitat, nec ſatis antiquis nota eſt, ea præſertim in cura in qua tum validiſſima, tum tutiſſima auxilia nõ deſunt. ego ſanè eorum qui valida virtute, ac ſine hepatis ſcliroſi erant, neminem mortuum vidi, cum curam antiquorum recte experti fuerunt, ita vt non difficilem genere morbum aſclitem iudicauerim.

## Quòd in fluxibus cũ febre dant caſſiã. Cap. 44

QVADRAGESIMVS QVARTVS error eſt, cum in fluxibus purgatione vtũtur, cum caſſia etiam peſſime, qm̃ inteſtina debilitat, immemores eius quod Glauconi Galenus referebat, cũ febris fluxui ſociatur, non purgabis, aut aſtringes: multos enim medicorum vidi talia facientes, ægros etiã qui non quantum oportebat, aluo deijciebant, nihilo ſecius in grauiſſima pericula perduxiſſe. quẽdam cognoui medicũ qui cum morti proximus eſſet, ſeipſum occidiſſe confitebatur, nam cum non in ſe quã in alijs eſſet prudentior, in fluxu tres lenientes medicinas aſſumpſit, quibus inteſtina imbecilliora reddita, humoresq; cõcitati mortis cauſam dederunt. nã cum materia veneni particeps eſt, emẽdari debet, fluctuans enim ægrum interficit vnde etiam illud difficultas inteſtinorum ſi ab atra bile inceperit letalis eſt, nõ dixit, ſi cum atra bile fuerit, ſed ſi inceperit. Nam emẽdati humores minorem noxam pariunt, ſi ve-

p̃ in de cura febriũ cum accidẽtibus.

4. aphor. 24

ro praui tutius quieſcunt,quam moueantur, ſiue medicamento, ſiue ſponte: quòd ſi humores haud venenoſi ſint,concoqui debent,antequam purgentur.eſto modo quòd nulla venenoſa qualitate ſint infecti,ſint etiā concocti,præſtat etiam non purgare,quoniam ſecurius pluribus quàm paucis diebus eadē humoris quātitas eijcitur.nullo igitur in caſu purgare,rariſſime etiam aſtringere conueniet, cum febris fluxui aſſociabitur, nec ſcio cum omnes authores antiqui cōſulant potius aſtringendum quàm laxandum,cur iſti lenitione opus eſſe exiſtiment. nā licet Raſis in libro diuiſionum in cura fluxus ab atrabile purgationem præcipiat cum epithimo,intelligit tamen cum materia eſt concocta, nā venæ inciſionem ante hoc pręcipit,intelligitq; cum materia quæ fluxus eſt cauſa nō excernitur.raro enim ſponte bilis nigra euacuari ſolet,cum vero virtus non ferat, aut accidens ſeuum ex fluxu vrget,tunc ſiſtere paulatim melius eſt.cōſtat igitur nunquam purgādum, raro ſiſtendum, ſed ſerum calibeatum exhibendum.

## Quòd catapotia dant proxime à cœna uel ante cœnam. Cap.45.

QVADRAGESIMVSQVINTVS error eſt,cū catapotia ante cœnā, vel à cœna ꝓxime propinant: de quo ſatis libello de ſimplicibus dictū eſt,pręſtat enim horis matutinis accipere.Sed de hoc cōſulendus erit ēt liber contradicentium medicoꝝ.

tract.4.ꝑmi lib.contr.1.

## Quòd in matre puerorum cum febre dant rutham & caſtoreum. Cap.46.

QVADRAGESIMVSSEXTVS error ē, cum in epilepſia ſiue cōuulſione infantium vtuntur caſtoreo,rutha,mitridato,etiam circa caput aſſa fetida,& reliquis calidis medicinis;cuius ſentētiæ autho-

res celebres habentur: interq; hos Raſis quos male recentiores interpretati hora caſus etiã epilepſiæ adminiſtrant, quo nihil eſſet exitiale magis. nam lõge plus eſt, quod trahit de materia, quàm quod euacuetur, nec eo℞ cerebrũ tantam vim ſuſtinere poteſt, quoniã humidiſſimum eſt. antiquorum vero conſilium fuit, vt cerebro & corpore purgato hæc adminiſtrarentur, ſic enim poſſibile eſt cerebri malitiam per hæc emendari. qđ igitur in hoc pręſtat, ſi non vniuerſa diuertentia iuuerint, cucurbitulę, ſuppoſitoria cathæretica quę veſicatoria, frictiones, ligaturæq; adhibeant. conſiderabis etiam ſi ea quæ anterioribus cerebri neruis moueri ſolẽt, qualia os, lingua, oculi illęſa ſint, tunc vertebræ candens ferrum imponens, vnde neruus conuulſi mẽbri deriuatur, quod ſi à collo infra totum corpus cõuellitur à tertia ad quintam vertebram cauterium impones: hoc enim ſolo auxiliari ſuffragio poteris, pluresq; ſpe deſtitutos, ſanitatĩ reſtitues. ſed illud eſt longe deterius cum pueris iam febrientibus huiuſmodi medicamenta exhibẽt contraria curationi, nam cum epilepſia vel ſpaſmus febri ſuccedit humidis, curanda eſt, vt colligitur ſecunda aphor. 26. & quinta aphor. cõmen. primo. ob hoc mirum eſt, quomodo circa illam curam totum cõtrarium faciant. non eſt tamẽ mirum cur nullus infans ex hoc ſanetur, cum mori cogantur, nec mirum eſt cum de nomine non conſtet apud Auicẽnam & Raſim curam eſſe ancipitem.

lib. de paſſionibus puerorum cap. 7.

prima tertij c. proprio de morbis puerorum ca. 8.

## Quòd ſæpe derelinquunt ægros, qui poſtmodum ſanantur. Cap. 47.

QVADRAGESIMVS SEPTIMVS abuſus eſt, cum Galeni conſilio morituros ſolis pnoſticis derelinquunt. cum igitur æger ad mortẽ tendere videt, medicus eum deſtituit, plerũq; vero aduenit [illegible]tula, vel circulator, vnde caſu auxilio fortuito æger

11. de inge[illegible]

reuocatur ad vitam, ita non ſolum medico, ſed & medicinæ infamia accedit. Primum quidẽ quod Galenus voluerit dicendum eſt, nam non abſolute intelligi hoc debet, ſed primo excipiendi ſunt morituri qui diu tamen ſuperuiuere poſſunt, quales ſunt hectici cõfirmati, & vlcera in interioribus mẽbris habentes, qui quãquam tandem ſint morituri, tñ medici prudentis conſilio gubernati multo tempore poſſunt ſuperuiuere. Secundo non medicum qui à principio ægri tutelam apprendit, ab ægro coercet, ſed nouiter aduenientem monet vt abſtineat, conſiliũ gloriæ medici vtile, qui vero à principio morbum ſuſcepit, aut curandum poſſe ſperans, aut negare non potens, grauato etiam vſq; ad mortẽ ægro, eum nequaquã deſtituere debet. maxime cum ſæpe poſtmodum, vel rupto phlegmone, vel ob latẽtem cauſam, vel aperto hiatu corporis, vel permutato medicamine malo, vel vltimo conatu natura experiẽte contingat ægrũ à morte reuocari ad vitam. cuius etiam ſententiæ Princeps fuiſſe creditur. nos autem quãdoquidem in acutis nunq̃ ſunt omnino certa ſigna ſalutis, aut mortis, neq; ab ægro diſcedere conſulimus, nec in deſperatis caſibus nouiter vocatũ accedere debere negamus, modo futuri euentus aſtantes admoneas. caue tñ ne tanquam curandum accipias: ob hæc igitur duo, maxima medicis infamia, ægris non parua iactura comparatur.

vide. 9. cont. quinti tract. primi lib. cõ trad. med.

quarta quarti. t. 1. c. 10.
2. aphor. 19.

## Quòd nouiter natis quædam medicinalia dant. Cap. 48.

QVADRAGESIMVS OCTAVVS error eſt, cum nouiter natis auxiliari ope, alij ſirupos, alij puluereſ: alij aliud conſulunt. cum conſtet tam mollia membra nulla debere permutari qualitate, ſiue purgante, ſiue etiã aſtringente, nam cum etiã in morbis hoc Auicẽna præcipiat vſq; ad plurimos dies abſtine

tertia primi. cap. 3.
2. aphor. 37

dum, nutriciq; exhibendum, illud tñ longe deterius erit infanti ſano exhibere: ſi quidem corpora ſana habentes difficulter ferunt medicationes, tenella enim illa mẽbrorum cõpago nihil innoxium lacte excepto recipere poteſt, qđ ſi nimium pleni videtur à cibo abſtineant, & vltimus terminus eſt horaꝝ quadraginta ꝙ ſi quis hoc opportunum eſſe non credat, Galenum conſulat, nõ enim eſt perſuadendum eum tantam vtilitatem præteriſſe.

## Quòd thermarum aquas ſæpenumero dant, & malo modo. Cap. 49.

QVADRAGESIMVS NONVS abuſus eſt, cum thermarum aquas ſępius nullo iuuamẽto aliquotiens etiã maximo detrimento ſuadent. extremum etiam appellant auxilium, cum aquæ illę aduectæ primo ſint inefficaces, ac plerunq; etiã corruptæ. quod ex praua odoris ⁊ ſaporis qualitate manifeſtum eſt. eſto tñ quod integræ ſint bonitatis, ita vt nõ ad nos aquæ, ſed nos ad aquas accedamus, cum natura oẽs aquæ metallicæ malæ ſint (vt dixit Princeps) multitudo eius magnum corpori faciet nocumentũ, in magno enim quanto/magna eſt virtus. vnde etiã idem omnes aquæ minerales vrinæ difficultatem faciunt, iuuamentum aũt raro magnum eſt: qm̃ raro cõtingit aquæ proprietatẽ exacte morbo fore contrariam, nec valida vis à debili poteſt ſuſtineri virtute, nec aquæ illę admiſtionẽ, aut emendationem ſuſcipiunt. ob hæc omnia mirum eſt, ſi plures thermis periclitentur, quàm ſanentur. quam ob cauſam antiquis raro vſui fuit. diligebant enim veteres ea medicamenta quæ corrigi poterant, ea autem aſpernabantur quę violẽta eſſent, nec poſſent emendari. deteriores autẽ ſunt thermæ validiores, vnde Porretæ aquas vitant, non q: inſalubriores, ſed qm̃ erroribus detegendis medicorum nimis ſunt promptuariæ, noſtris autem tẽpo-

2. priml. fę prima. c. 16. 2. can. c. 599

ribus ne quãdoq; gloria ſit aliena/ad aquas minerales ægros quos ſanare neſciunt, deſtinãt. ita vt recte miſerorum refugium appellari poſſint, nã & ſi reliqua prætermittantur, non carent omnes in modica ſiccitate.

¶ Non ſunt igitur thermæ exhibendæ primo, niſi homine ad eas accedente: quod ſi aliter cogat neceſſitas, vitreo vaſe non ligno deferantur, ſit aũt plenum vas, non reſpiret, non aerem tangat.

## Quòd in diſtillationibus ex igne cauteria exhibent. Cap. 50.

QVINQVAGESIMVS abuſus eſt, cum in diſtillationibus ex igne cauteria exhibent in reliquis morbis negligunt: cum tñ inter omnia periculoſius cerebro cauterium adminiſtretur, cum humidiſſimũ ſit, & natura molliſſimũ. quot miſeros homines his cauterijs iugulari vidi. nã cum periculum ſit vehemens, iactura certa, cruciatus magnus, opus vulgo deteſtabile, non erit capiti adminiſtrandũ, niſi certa ſalutis concepta ſpe, non ambigua. id fiet, cum infra caput oia membra fuerint incolumia. aliter æger certe, & omnino periclitabitur. nam tanta eſt noxa ab igne illi membro/vt ſi vel alterius mẽbri morbo, aut virtutis debilitati ſocietur/ægrum proculdubio producat ad mortem. in reliquis autem locis excepto cordis tectorio ſecurius fit, licet maiore cũ dolore. vnde faciendum cõſulo ſi neceſſitas exigit, neminẽ enim ob hoc perijſſe vidi vſq; nunc.

## Quòd aloem proficuum ac ſalutarem in uitæ regimine credunt. Cap. 51.

QVINQVAGESIMVSPRIMVS abuſus eſt, cum aloem & pillulas in vſu laudant pro
6. ſimpl. me- ſanitate conſeruanda, q: ventriculo ſalutaris inuenitur.
dicam. cap. 1. vt à Galeno: aloes ventriculo gratum, vt ſi quod ali-

quod dictum ſecuti Auicēna, Meſue, ꝛ reliqui: non animaduertentes dictum quinto continentis/aloes eſt cōparatione ſoluentium medicinarū ſtomacho minus noxium, attamen ꝛ ipſum nocet, vnde Galeni dictum hoc ſonat/hæc Raſis, eius verba exponens. cui Celſus aſtipulatur, omnis medicina ſolutiua mali ſucci eſt ꝛ ventriculo inimica. cum hoc vero aloes corpora tabefacit, & nimium ea exiccat, & ideo ſenibus prohibetur. ꝛ cum hoc pilulæ inducunt magnā conſumptionē, & non eſt aliq̄ ex his vitæ prolongationi vtilis, fecit igit̄ medicos errare dictū Meſue. atq; vtinā ego hoc tēpeſtiue ſciuiſſem. lib. 5. cap. p̄/ 5. de tuēdā ſanitate. 4. ad Almanſo. cap. 15.

¶ Conſultius igitur fuerit niſi maxima vrgēte cauſa ab omni pilularū genere abſtinere, ac potius humidis medicamentis vti, ac cibis mollientibus.

## Quòd in uere purgant, & minuunt plurimos quibus nocent. Cap. 52.

QVINQVAGESIMVS SECVNDVS error eſt, q̄ꝺ iubēt plurimos purgari, aut ſanguinem minuere, hoc aūt maxime in vere iuxta illud: q̄bus vel minutio, vel purgatio cōuenit, hos purgare vel minuere vere cōueniet: immemores dicti Gal. intēperatos aūt neq; minues, neq; oino purgabis, plus eni erit q̄ꝺ ex intēperato victu aceruabunt, quā q̄ꝺ tu medicamento vel minutione ſanguinis detrahes. q̄ꝺ igitur ſolū vtentibus bono regimine cōſulendum erat, oibus conſulunt. & quod deterius eſt, libentius his qui inordinato vtuntur regimine, q̄m̄ in eorum corporibus veriſimilius eſt maiorem prauorum ſuccorum eſſe abundantiam. 6. aphor. 47. ac. 7. aphor. 54. lib. de ſanguinis miſſione.

## Quòd balnea crurium & manuum in febribus perſuadent Cap. 53.

QVINQVAGESIMVS TERTIVS abuſus eſt, quod iubent in febribus lauari manus &

p cap.9. pedes ſm illud ad Glauconem, balnea vero calida ex aqua fontis proſunt, tum q: aliquid vacuant delinquentis humoris, tum q: humore ac frigiditate cauſæ facienti febrem, ac ipſi febri ac eius incommodis probe aduerſantur. nó animaduertunt tñ in reliquis à tertiana pura hoc non dixiſſe. tum etiam quod iam dixerat, & ſi tibi ſigna coctionis pceſſerint &c. nó ergo vult quòd augumenti tempore fiant: incómoda autem plurima ſequuntur. ſed ipſi ea exhibét ad alleuiãdum dolorem capitis, & quædam alia accidentia vt proficere videantur. non enim conſilium medicorum improborũ eſt iuuaſſe, ſed videri iuuaſſe. probi autem medici eſt quod vere nó iuuat, imo nocet, licet iuuare videatur, dimittere. vnde cũ balneum intempeſtiue, ideſt, citra coctionis ſigna & vniuerſalem corporis inanitioné exhibetur, hæc procreat incómoda. Primo quidem obſtructiones multas facit, & tales vt niſi ægre curari poſſint. Secundo apoſtemata inducit. Tertio horripilationem vt per Raſim apparet.

16. cõti. ca. 2 fol. 337. & 345. in. 17. cõti. ca. p. fo. 345. vide 3. reg. acu. cõ. vit.

Quarto virtutem exoluit. & ſcias quod Raſis credidit in hoc quod in tertiana liceat balneari ante concoctionem ſm Galenum vbi ſit pura, & non eſt ita. dico igitur quòd ægri non ſunt balneandi ſi ex putrida laborent, niſi concocta materia, & ægro exinanito, ô quoties vidi in hoc medicos errare grauiſſime.

## Quòd cibant in nocte. Cap. 54.

QVINQVAGESIMVSQVARTVS error eſt, cum cibant ægri in nocte, reclamat magnus Hippocrates nó eſſe permutandam conſuetudiné repente/etiã ad meliora: quanto minus vos non permutabitis ad deteriora. at dicunt virtutis debilitas hoc poſtulat, quomodo igitur cibus concoquetur tunc/ſi tanta vrget debilitas: iuribus igitur vtaris. at dicunt oua & contuſa ex carnibus haud concoquuntur difficulter: .

2. reg, acu.

neſciũt quòd tunc morbus eſt in ſtatu, ſi virtus deficit, aut in declinatione,aut ſyncopalis:ſi primũ per.19.abuſum redarguti ſunt:ſi ſecundum non contingit ægrum mori in vera declinatione morbi ex defectu virtutis ſtãte cibo cõſueto, vt tertio de criſi patet:ſi vltimũ ſyncopalis rara eſt,nec in omni etiã cibandus eſt æger, vt primo ad Glauconẽ habetur. rariſſimum igitur erit qđ in nocte cibũ dare cogat.at medici in cunctis validis morbis hoc faciunt,nocentes valide.ſi ergo morbus nõ fuerit, ſyncopalis ex debilitate ventriculi, cum acceſſione nocturna nunquam æger in nocte cibandus eſt.

## Quòd uitant creticos,qui non ſunt dies cretici. Cap.55.

QVINQVAGESIMVSQVINTVS error eſt,in diebus creticis, nã vitant ſeptimam in purgando in quo dupliciter errant:nam in pluribus morbis ſeptima, nec eſt cretica, nec indicatiua, hac de cauſa ſuſcitaui moriẽtem filium Antonij Corbittæ infantem, quoniam credidit medicus quod in ſeptima nõ oportuit quicquam facere, dixi ego quòd ſeptima non eſt cretica ratione illius ægritudinis cucurbitulas igitur apponens ſanguinem detraxi,& ſubito euaſit à morte,hoc ſæpe mihi accidit.ſecũdus error eſt,poſito quòd eſſet dies cretica aut indicatiua, licet etiam purgare ob tres cauſas, vel quia natura tentat, & non poteſt mouere:vel quia morbus eſt fortis, & materia turget,nõ expectans rationem purgandi à natura. vel tertio quia ipſa mouet motu non cõuenienti, vtpote faciens criſim per ſynanchem vel morbum lateralẽ. manifeſtum eſt igitur quòd frequentius poſſumus operari in ſeptima, quàm non operari. ipſi tamen ex quodã inſtituto ſemper quieſcunt morti ægri conſulentes.

## Quòd purgant in morbis iuncturarũ. Cap. 56.

QVINQVAGESIMVS SEXTVS error eſt, in morbis iuncturarũ in quibus purgant aſſi due, & etiã cum caſſia quod deterius eſt, cum ipſa vehementer noceat iuncturis & neruis, vt etiã dixit Meſue: & cum hoc ipſi non habent conſideratioñe etiam qđ non habent verum hermodactilum, & ideo purgant, & non poſſunt auferre præparationem, & dilatant vias iuncturarum, & ita ex podagra parua faciunt artritim maximam: ideo ſapiens Raſis dabat oleum ſolatri ſilueſtris, cum modico olei amigdalini dulcis & ſacharo. & Scipio noſter curauit ſe diæta tenui. dico iſtis duobus ſolis auxilijs, ſi quis recte vſus fuerit, curabitur omnis podagra quæ non fuerit confirmata, & aliqua etiam confirmata. cura autem medicorum noſtri temporis, non ſolum eſt inanis, ſed pernicioſa: vnde aliqui audent ſupra diarob cum turbith, & alij ſupra medicinas fortes, & aliqui dant ariſtologiam.

ca. proprio. 12. cõti. c. p̃, fol. 254.

## Quòd utuntur temperatis in complicatis affectibus. Cap. 57.

QVINQVAGESIMVS SEPTIMVS error eſt, cum in cõplicatis contrarijsq; affectibus, ſiue membri eiuſdẽ, ſiue diuerſorum vtuntur medicinis & cibis temperatis. creduntq; quod res temperata cuilibet exceſſui ſit contraria. & accidit ſæpe, vt in quotidiana ꝙ cauſa eſt frigida, & morbus calidus. plerunq; etiam ventriculus eſt frigidus, cum hepate calido. & vt in hydrope frigida, cũ febre & talibus. hoc eſt igitur argumentum eorum vt medicina ſit temperata, vel cibus, nam medium vtriq; extremo eſt contrarium: cura autẽ fit per contraria, igitur temperatũ conuenit diſpoſitionibus contrarijs. Item calidum auget vnam diſpoſiti-

nem,⁊ frigidum auget aliam:igitur temperatum eſt eligendum,ſaltem cauſa neceſſitatis,ſi nõ alterius. Item calidum remittitur à temperato, ſicut apparet de aqua feruente iuncta tepidæ,& pari ratione iuncta cõgelatæ tepida,fit mixtio temperata,igitur competit tanq̃ contrarium.Item quia medicina calida permixta temperatæ remittitur à medico/igitur & pari ratione morbus calidus à cibo ⁊ medicina temperatis. Item cibus & medicina aſſimilãt ſibi corpus, igitur cum temperatum aſſimilat facit temperatum,ſed reductio ad temperatũ eſt ſanitas, igitur talis cibus inducit ſanitatem in vtraq; diſpoſitione ſimul:patet antecedens ratione reactionis. Item cibus temperatus cõuenit in vna diſpoſitione tantũ,igitur à validiori in contrarijs:cũ in vna diſpoſitione detur locus cõtrario exhibendo,antecedens patet,de ouis ⁊ carnibus per Galenum in de cura ardẽtis febris,& tertianæ ad Glauconẽ ⁊ alibi,⁊ Principem & alios.Item ſi cibus & medicina tẽperata non conueniunt in hoc multo minus, in reliquis diſpoſitionibus igitur erunt ſuperflua ⁊ nunq̃ adminiſtranda,patet inductio,nam in ſimplici diſpoſitione multo minus conuenient, cum locus detur contrario,nec per te in diſpoſitione cõtraria, nec etiam in ſanitate, quia ſanitas medicina nõ indiget, nec ægritudine temperata,quia ſic primo non eſſet ægritudo,cum ægritudo ſit intemperies,tum etiã quia ea poſita ſolueretur morbus à conſimili medicina ⁊ cibo ⁊ nõ iuuaretur,igitur nulli competerent. His igitur argumẽtis medici perſuaſi,cibum & medicinã temperatam exhibent,in contrarijs affectibus putantes vtriq; diſpoſitioni prodeſſe cum ſtrenue noceant, nam cum quadruplex ſit modus in contrarijs affectibus curandi. Primus eſt hic vt per temperata curemus tanq̃ contraria vtriq; diſpoſitioni.Secundus vt ꝑ cõmixta ex calidis frigidis'ue. Tertius vt caput vnũ ſtatuamus curationis eiq; inten-

damus altero nō neglecto. Quartus vt viciſſim curare tentemus, modo calidioribus obſtantes frigiditati, modo frigidioribus caliditati. nó videtur quéquam ex his Galenus prætermiſiſſe modum præter primū, vt quod in cæteris abuſibus obſeruatum eſt, ne obiter medicos peccaſſe credas, ſed tanq̄ ad humani generis perniciem concitatos, illud primum elegiſſe, quod & à veterū ſententia horreret, & cum nulla vtilitate maximam afferret calamitaté. vnde. 11. artis curatiuę. nunq̄ tñ præceptum illud quod contraria cótrarijs curantur, aliquando verum, aliqñ falſum erit, ſed ſemper verum, licet ex vſu cótingat, quandoq; cum alijs copulātur, morbis ante illa procuranda ſanandaq́; eſſe. hic tertium modum curādi attigiſſe videtur, rurſus aūt ibidem, quum vero etiā materiæ quæ hæc efficiant calidæ ſint, neceſſarium eſt interea, tum putredinem, tum etiam febrem augeri: quare quoad licet id agédum, vt quę minus calefaciat materia deligatur. & poſt. quod vero febris ipſius iam accenſum refrigerabimus/modū hic quartum eligere videtur nó ſine tertij cómiſtione, nam apertionem caput intentionis curādi ſtatuit, & licet prima fronte videatur in eiuſmodi auxilio temperata poſtulare, atq; pro illis ſentire, nequaq̄ tñ eſt: cum auxilium nó intemperatura quærat, ſed in vi quæ extenuatoria eſt & diaphoretica. manifeſtum auté talia minus calida propter febrem deſiderari, at non q: temperata, ſed frigidiora eligerentur, cum auté talia nedum eſſe poſſint temperata, ſed omnia calida, multo minus frigida quærenda erunt, ob hæc Galenus ſapienter proxima téperamento eligit ea quæ nuſq̄ frigida eſſe poſſunt. non ergo prima facies ſermonis te decipiat, cum cuilibet erudito ſatis hæc ſint manifeſta.

Inde cura tertianæ nothæ.

Item ad Glauconé primo dat in cóplicata diſpoſitione ex bile & pituita. ptiſanam cum pipere, vel cum mulſa hyſopum vel origanum, ita vt ſimul ſiccet & humectet, calefacia.

calefaciat & refrigeret, in victus ratione. comam vero abſinthij cōcocta materia vtilem exiſtimat, tanq̃ ſymptomati contrariam ac principali morbo: itaq; in hoc videtur ſecundũ modum & tertium amplexari, in ſexto etiam de tuenda ſanitate nõne calidis frigida conuenire omnino putat, quod ſi omnino diſiungi nequeāt aliqñ oximel cum diatrion pipereon propinat, vt cum hepar obſtructum, ventriculus aũt non concoquit, ita vt alterum viſcus caliditatẽ alterum frigiditatem contraxerit: pari ratione oximele detergit eos quos caput frigiditas ventriculum caliditas detinet. nimirum in arte etiã parua non ſeiungit hanc ab illa intẽtionem nullibi media collaudat tanq̃ vtriq; extremo cõtraria, ſed prius extenuantibus mox expurgãtibus opitulatur, ita Galeni ſenſum ab hac opinione alienum eſſe: qđ etiam ratio detrectat, perſuademur, nã cum curatio per contraria in gradu fiat, vt ſæpe in arte curatiua Galenus replicat, nõ poteſt cibis temperatis aut medicinis res trãſigi: quandoquidẽ nullum temperatũ diſtemperato in æquali gradu eſt contrarium. præterea ſi ita eſſet, nulla iam alia eſſet medicina, aut cibus exquirendus, nam omni diſtemperato, temperatum cõtrarium eſt. præterea cum cibum aut medicinam temperatã calido exhibet ſubito calefit, nõ ergo amplius niſi per inſtans manet contrarium, ſimile etiam ſimili furere facit. quod ſi omnis medicina remiſſior, aut cibus cõpetit, non erit mulſa in cauſonide refellenda, à qua tñ Hippocrates abſtinuit, vt etiã colligitur ab Auerroe. mirumq; eſt non ſolum abſolute cõtraria, ſed in gradu æqualia deſiderãti, velle temperata exhibere. at dicẽt lac qđ temperatum eſt hecticis calidioribus, & oua cõpetunt. hoc quidem temperamenti cauſa non eſt, cum & teſticulos gallinaceos laudet Auenzoar qui cum calidi ſunt, lac etiam frigidum eſt, itaq; facilitatem concoctionis, velocitatẽ tranſitus, bonitatem alimenti,

cap. 95. (margin)

3. de inge. in fine ac in microtechni. ca. 79. (margin)

3. reg. acuto. iuxta mediũ. 5. coll. 57. (margin)

3. theiſir. (margin)

& paucitatem excrementoꝝ in eo conſiderat, non ratione temperamenti. nam ſic iure ptiſana præponiť ob quę iure datur cremor ex hordeo cum cancris & caphura,
3 col. c. 13. & trociſci de ſpodio, videmus aũt Auerroim reprenſorem Galeni in cõpoſitione medicamentoꝝ in diuerſitate materiæ peccantis, & membrorum oppoſitione. qm̃ exiſtimauit Galenus quòd hepar calidũ attrahit quod frigidũ eſt de medicina, ⁊ matrix frigida quod calidum eſt. igitur Auerrois in cura dat piper & hyſopum cum oximellite & aqua hordei, ſicut præcepit Galenus. verũ diuerſitas oppoſitionis non eſt ſm duo loca ſimul ⁊ cũ dat carnes pulli, manifeſtum eſt qȏ non ſunt temperatæ ſed calidæ in ſecundo gradu, & permutare iura cum liquiritia & hordeo non eſt malum, & ita videmus quòd iuuamentum verum eſt in cibo & medicina contrarijs febri, aut cauſę febrem facienti/& correctis, & nõ in ſimplici cibo & temperato vel propinquo. & propter hoc videmus quod Auenʒoar in cura febris compoſitæ dat
lib. 3. t. p̄. c. 7 pullos cum omphacio coctos, aut aceto: & vtitur medicina frigida abſterſiua cõpoſita ex contrarijs partibus, licet videatur mihi cõpoſitio illa calida, attamen omnino
trac. 4. c. 16. no conſtat ex contrarijs: & licet Serapio in cura hemitritei dicat, qȏ ſi æqualiter vincant phlegma ⁊ cholera, tunc curamus tẽperatis. intellexit per temperata æqualiter ex contrarijs mixta quod apparet ex vltimis verbis capituli, cumq; fuerint æquales, miſcemus ea æqualiter, itaqȝ non eſt eius ſententia ab hac differens cum totam ſeriem verboꝝ contemplatus fueris. & in hoc etiam cõ-
10. ad Almã. ſentire videtur Raſis cum dixit quòd compoſitæ febris
ca. 17. ac lib. ſit cura cõpoſita, & licet alibi videatur ſentire de remiſ-
diuiſionum. ſione medicinæ intelligit refractionẽ, aliter eſſet in con
cap. 156. trario ſenſu: & hãc ſententiam defendit Auicenna cõtra
prima quarti Auerroim in cura hemitritei volens quod ſi natura nõ
cap. pe. poteſt diſcernere, ægritudo eſt incurabilis, & hoc n...

tus fundamento cóponit medicamentum ex croco, ſpica, rhabarbaro, & caphura, & ſeminibus frigidis, & berberis, & ſpodio, & xiloaloes, conſtat itaq; quod medicinis vtitur cópoſitis, & cibis ſimiliter, & hoc voluit cum dixit in primo ex rebus quoq;, in quorum medicatione ſubtile eſt, adhibendum ſtudium eſt: cum in vna coniunguntur ægritudine duo quæ fieri debent cótraria, quia oportet, verbi gratia vt ægritudo infrigidetur, & eius cauſa calefiat: quęro ſi per temperata hoc fieri poſſet, quó ná ſubtile ſtudium eſſet adhibendum, nam faciliter ſoluerenť huiuſmodi morbi. altior ergo ſenſus in hoc Auicennæ fuit etiá quàm Gentilis expoſuerit, de quo inferius dicam. Aeginetam etiam in eandé ſñiam ſubſcripſiſſe video ac Haliabbatem quo nullus clarior in hac ſententia fuit, vnde de hemitriteo loqués, cum tertianæ acceſſio imminet lactucas attriplices, cucurbitas, & aquá granatorum, altera vero die qua amphimerina premit, pullis, & byſphidabego, & ʒirabago, itaq; alternatú victum exhibet quartum curationis modum complexus.

quarta fen cap.p̃.

lib. 2. c. 34.

3. prac. c. 17.

¶ Cauſam huius erroris recétiores dedere Montagnana, Marſilius Ficinus, Platearius, ac alij qui non ſolum Galenum quem floccifaciút non intelligunt, ſed nec eú quem maxime obſeruant Auicénam. turpe enim cum ſit optimú virum derelinquere, vt expoſitori innitaris, illud vero turpiſſimum eſt, nec eum quem vis ſequi intelligere. cum igitur morbi contrarij quadrifariam diſtinguantur, aut enim diſtant loco, vt calidiſſimum hepar cum venticulo frigidiore, aut loco diſtant, & tempore modico veluti cum diaria à bile lienteriæ iungitur: aut ſunt loco quidé non proportionata/ſed tamé ſeiuncta corpore vt in hemitriteo, plurimum enim eius locú habet ſeiunctum: ſunt enim in venis quędam, & quędá extra: aut omnino iuncta ſunt, vt in febres tertiana notha. Hi ſunt modi cótrarietatis in quibus oportet ſemper vt

obſerues qđ dicitur quarta primi capite vltimo, an vna diſpoſitio ſit alterius cauſa, an vna ſine alia ſanari nequeat, an vna ſit alia periculoſior, & hęc eſt ſnía Galeni. vt igitur in his rem experimento conformem à ratione non alienam dictis Galeni conſentienté mediteris, hæc obſerua. primum cum diſpares cauſæ fuerint, ſiue quòd vna ſit alterius cauſa, ſiue qđ ſine ea reliqua ſanari non poſſit, ſiue quòd validior ſit affectus, ſiue quòd periculoſior, aut omnino ſymptomati ſæuiori cõplicatus/illius quod magis vrget curã per contraria in gradu molieris, eſto aũt quòd pares ſint cauſæ, quod vix credi poteſt à Galeno: ſit igitur calidiſſimum iecur, & frigidiſſimus ventriculus, obſeruandum eſt diligenter ne vnius medicina alteri ſit impediméto. hoc autem vel ratione applicationis, vel ratione moræ, vel ratione impedimẽti, vel ratione proprietatis. primũ eſt vt inungas hepar ex oleo ſandalino, & roſaceo, & ventriculũ ex oleo maſticino & de abſinthio, ratione auté moræ dabis calida ſine potu & quieſcere facies, & dabis cum craſſa ſubſtantia veluti diatrion pipereon faciens quieſcere, & electuarium de ſeminibus, & ſanthalos, & caphuram cũ aqua endiuiæ miſta cum vino albo & facies ambulare. dabis etiã hoc à ieiunio/illud quandoqꝫ à cibo aſſumpto, ratione impedimenti: dabis piper cõtritum groſſo modo vt calefaciat ſtomachum, nec eius ſubſtantia tranſire poteſt ad hepar, & ſemina frigida exacte contrita. hæc eſt cauſa cur diaſpoliticon non cõtriuit niſi modo craſſo, 6. de tuenda ſanitate Galenus. ratione aũt proprietatis, quia endiuia eſt frigida, & conuenit hepati, & res etiam dulcis cito ab hepate trahitur, & abſinthiũ, & piper manent in ſtomacho. & ea non appetit hepar, igitur ſi vel diuerſo tempore vel eodem cõmiſta dederis/ſimul ſtrenue calefacies vẽtriculum & hepar infrigidabis. in cibis vero non tantũ qualitas, ſed & ſucci bonitas attendẽda

7. de ingen. in fi.

eſt.dabis carnes pulli, & cum pipere confracto cõditas: poſt cibum aũt per horas duas vinum album dilutum. ita iuuant cibaria quæ piperata,ꝛ ius conſumptũ dicuntur. cum vero morbus loco & tempore differt/curabis opportunis temporibus contraria adminiſtrare,& hoc fit vt ante bilis acceſſiones vinum demus granatorum, lienteriã vero non ſolum exterioribus fométis ex menta iuuemus,ſed ante cibum aliquid ex citonio cum pipere códito adminiſtremus ,paulatim infrigidãtes hepar, quia membrorum principalium infrigidatio moderari debet.poſt vtemus compoſitis contrariæ factionis,qualia ex pipere,abſinthio,intibo,ſanthalis, melonum ſeminibus,hæc multum/illa minimum contundentes, qualia etiam inueniuntur ab Auicenna in ſuo antidotario, quamplurima laudabiliter deſcripta. Platina libri 6.cap.141. &.179.

¶ Cum vero materia fuerit veluti quoquomodo diſiũcta,vt in hemitriteo quãq; & febrium talium,nec numerus ſit, nec ordo, maior intentio eſt in concoctione & euacuatione in quibus ſanitas potius cõſiſtere videtur. nam cum ad intentioné peccantis qualitatis intendis cibis calidioribus frigidiora ꝑmiſcemus, plus enim vnaquęq; res ſuo contrario deſtruitur,q̃ à conſimili foueatur,onphacium igitur,& pruna,& acetum,& piper,carnibus volatiliũ miſcebimus, ita tñ vt meminerimus cibos nos pręparare non medicinas.nam eiuſcemodi nullam cibi rationem,ſed condimenti obtinet,ita etiã ptiſanam pipere modico,paſſeres,ſeminibus albis condiemus:atq; ita in medicinis calida frigidis ꝑmiſcebimus, non abſolute quidé,hic enim eſt error medicorũ noſtri temporis:ſed eo in gradu, vt viciſſim morbis opponantur. hæc fuit illa antiquoꝝ nunq̃ ſatis laudata ſolertia, à noſtris aũt non intellecta atq; neglecta,cõponentium philonia,cæteraſq; opiatas medicinas,in qbus vtriuſq; cõtrarietatis extrema copulauerant,opium,hyoſciamũ,

mādragoram,atq; ex oppoſito,piper,caſtoreum,eufor-
bium,quædā etiam aromatica, nō ſolum ad vires mem
brorum roborādas, ac abhominationē tollendam, ſed
vt extremnm extremo tanq; per medium cōuenientius
iungeref ad tollendas extremorū morborum, ac etiā
contrariorum diſpoſitiones.ſic enim ſimul & cholicam
tollunt,& pituitam calefaciunt, & febrem auferunt. his
medicinis, ſanè nullam ſi recte operatus fueris vtilitate
cōparaueris. Si igitur quiſq; notha tertiana detinetur,
non habebit hic temporum viciſſitudinē nec membro-
rum ſed quātum in ipſa eſt tentabis, quæ de hemitriteo
dicta ſunt permiſcere: nullā diſiunctionis occaſionem
expectans, vt in reliquis verum caue ne cum ſuperfluo
experiaris,ſed in omnibus oppoſitarum virium cōmo-
de pro ratione temporis morbi naturæ, & reliquarum
indicationum medicinas temperabis. Reliquum igitur
eſt, vt obiecta diſſoluamus & primo quæ à iunioribus
indicta ſunt,nam quod medium quoquomodo contra
rium ſit extremis tanquā oppoſitum,vt accepit Ariſto-
teles ſatis concedi poteſt, at quod eo modo cōtrarium
vt æqualiter à medio diſtet quantum morbus ab oppo
ſito,id nec tu conaberis probare,tale autem eſt qđ quę-
ritur,vt dictum à Galeno ſæpius.

¶ Ad ſecundum dictum eſt,primo quod differentia eſt
quadruplex in exhibitione/quoquomodo calidū mem
bro frigido non calido copuletur, vt piper ventriculo
& nō hepati. præter hoc etiā plus calefit frigidum mem
brū à calido, quàm infrigidatur à frigido, ſi ambo ap-
plicentur. cuius experimentum eſt in tabula ignita & ad
ignem poſita/cui perpetuo aqua frigida ſuperfundatur,
non enim ignita,ſed temperata euadet tandem: cum ta-
men maior ſit caliditas ignis, frigiditate aquæ, maior
enim eſt virtus deſtruendi,quàm conſeruandi,vt etiam
in rebus quas agimus experimur; oppugnatores eni

validos,imbelles defenſores eſſe vides:ita etiam natura vnumquodq; ad deſtruendum paratum eſt,non eſt igitur in tot cauſis vlla neceſſitas temperati.

¶ Ad tertium illud quidem fiet in inanimatis.cæterum animata nõ eodem modo ſe habent, cæterum ſi fiat, ita tarde conueniet,vt morbo mora potius ſit deprecãda, quàm auferenda:nam in igne experimur non extingui, niſi contrario valido etiam,nuſquam autem temperato niſi non propria cauſa ſublato fomite.

¶ Ad quartum dubitat quomodo id fiat Auerrois,ſed cum ita ſit,nõ negabimus quod quotidie experimur,& ſi parum remittatur iam,tamen ratio ſubeſt,vt aliud ſit compoſitio,aliud permutatio, commiſtio enim ſemper quoddam medium poſſidet.verum cum aliqua qualitas etiã aduerſantibus,tum medicinis,tum cibis ſupra modum ſeipſam tollat, minime ſecurum duco eã intermedijs auxilijs fouere,q; delere cupiamus.

¶ Ad quintum aſſimilatur quod nõ eſt extraneum, aut quod modice vrget,hoc eſt quod dixit Princeps,imo ſæpe ſufficit multa regiminis bonitas, quod autem rarum eſt & paruę vtilitatis non debet pro norma medendi in omnibus recipi,nã dum hoc expectatur,æger moritur: vltra id quod non prodeſt quicquam. quarta primi ca.1.in fi.

¶ Ad ſextum aliud eſt cõſulere ratione alterius conditionis,aliud emendandæ temperaturæ cauſa. nam cum lac vel oua hectico propinamus, facimus hoc,ne laboret in concoquendo cibum & vt ſit boni alimenti,& vt paucarum ſuperfluitatum,& vt velox ad tranſitum:nam cum non nutritur ipſe hecticus in deterius agit̃ ſubito, nam virtus nutritiua nõ poteſt quieſcere per inſtans, vt oſtendi in libro de morte. adde quòd ouum & lac ſunt frigida,& etiam quia frigiditatem operamur alijs ingenijs balneo & trociſcis caphura, & cum aqua hordei & ptiſana,& reliquis pari ratione non eſt incõueniens vti

glyciriza ratione extinguēdæ ſitis quāquam non ſit ita frigida,ſicut eſt morbus calidus,& ita radice feniculi in aperiendo quāquam non ſit calida pro facultate morbi frigidi.quia non deſideramus apertionem fortiorem in principio morbi,ne materia magis cogatur q̄ diſſoluatur.itaq; non eſt inconueniens vti medicina temperata ratione alterius iuuamenti,ſed eam eligere ad emendandam inæqualem intemperiem, non ſolum imperiti, ſed rudis ingenij eſt.

¶ Ad ſeptimum ipſa eſt vtilis, Primo ratione alterius annexæ virtutis,vt capillus veneris ad aperiendū caſſia fiſtula ad leniendū.Secundo ad temperandum excedentem medicinā,vt terminos non excedat præſtitutæ qualitatis. Tertio vt corrigantur leues intēperaturæ de quibus ab Auicenna ſuperius dictum eſt. Quarto ratione cōplicis facultatis nutritiuæ, nam pleraq; cibaria boni ſucci,aut tēperata ſunt,aut non valde remota ab humana temperie ſm quam à Galeno temperatum dicitur.

¶ At dicet quiſpiam quomodo remittetur qualitas aucta ſi impermiſtæ virtutes ad membra deferuntur? ſatis quidem eſt differētiæ, dicere:quod iam remiſſum eſt in miſtione obeſſe non poteſt,& virtus permiſta ad alienū mēbrum defertur,nam vt oſtenſum eſt ſecundo virtutū nālium trahente mēbro quod ſibi conueniens eſt caſtoreum ab opio ſatis diſcernit, nec ſubſtantiā opij trahet. quod vero remiſſum eſt in miſtione caloris, qm̄ nō eſt, amplius trahi non poteſt, non igitur ſupercaleſieri poteſt vltra id qđ ex miſtionis beneficio relictum eſt.

¶ Erat nobis conſilium reliquā errata diligēti trutina perpendere, ſicut & in hoc fecimus, ſed prætermiſimus breuitatis amore,tum quod non vt quorundam moris eſt ex libro in librum tranſcribere voluntas fuerat,cum ſoleamus ex integro res intactas aggredi,qualis hęc eſt, quam nulli propter difficultatem attigerunt alij quo

niam inter hoc & illud nihil intereſſe putant: quam ob cauſam diuerſæ intemperiei & oppoſitæ membrorum/ nemińé meo tempore curatum plene vidi, ſed prophila cticæ potius eſſe conſultum.

## Quòd aurum imponunt coquinæ. Cap. 58.

QVINQVAGESIMVS OCTAVVS abuſus eſt, cum aurum cõſumptis iuribus impo nunt tanq̃ aliquid facturi: ita omne cõſilium medico℞ eſt potiùs videri probos quàm eſſe. nam ꝙ aliquis male agat turpe eſt, ſed cum ⁊ illud quod male agit inutiliter ac peruerſe facit id turpiſſimum eſt. primũ enim cũ mali viri ſit, aut omnino rudis, alterum eſt non ſolum imprudẽtis, ſed omnino excordis: q̃ enim aurum in aqua decoctum imprimere poteſt, quod nec validiſſimo igne ſoluitur, nec odorem, nec ſaporem viribus adijcit, nec ipſum minuitur: ſed cõcedatur nõne cum lebeti imponitur ad fundum deſcendit? vbi etiã feruente aqua, quę in imo cacabi reſidet frigida eſt, vt quilibet experiri põt. rogo quã volunt in frigida aqua impreſſioné fieri. alij pullo cõcludunt vt quod internum eſt, nondum calidũ ſatis ſit, etiam aurum craſſum imponunt. quod ſi tandẽ conſilium eſt experiri, an auro aliqua ſit vis eo℞ admirationi conformis/ cur auri folia in ſummo lebetis vbi feruẽtiſſima ebullitionis vis perſpicit̃ non ſuſpendunt: ita vt enim forte eſſe poſſet aliquid viriũ quãquam exiguum tranſmitteretur niſi illud Plinij credere malunt, eſſe in carnibus pulli vim auri comminuendi. quodq̃ tranſmutetur, quãq̃ hoc fabuloſum ſit. at ſi verũ? de auro liquefacto docet: non ſolido illud. igitur prę ſtãtiſſimum potius arbitror auri fruſtra ignita, iure extinguere: nã hoc non modicam habere vim poteſt, q̃quidem cauteriũ ex auro innoxium magis ſit, q̃ ex ferro teſtante Principe. quãq̃ & illud ad ignis ſubſtantiã leuiorem

Ex præcepto Zoar p̃ theiſir. cap. 4.

lib. 29. c. 4.

quarta primi ca. 19. & 24 cañ. ca. 78.

pertinere poſſet.q̃ꝗ̃ quòd etiam oculis conferat argumentum egregiæ ac propriæ cuiuſdam virtutis ſit, non eius quæ ex igne mollitiei tantū. itaq; ſi quoquomodo auxilium in auro exiſtimatis/ea facite ſaltē quæ ſi probare nō poteſtis, attamen reprehendi nequeant. memini cum hæc ſcriberē ex frequenti igniti auri extinctione in albo vino, ſaporis quandam gratiam ſenſiſſe, quæ nō ex igne, ſed ex auri ſubſtantia pendere videbatur: perceperunt & alij quibus hoc conſulueram vtile futurum.

## Quòd non obſeruant momentaneam con/coctionem. Cap. 59.

QVINQVAGESIMVS NONVS abuſus eſt, in momentanea concoctione in qua maximum peccatur. nā cum fluxio ex alieno loco fuerit veluti in diſtillationibus nō poteſt excerni permiſta incocta materia, vnde Galenus mométaneam concoctionē vbi oportet aucupari docet: quā noſtri medici nec animaduertentes, nec minus quid faciendū ſcientes in infinitos morbos homines perducunt.

3. reg. acuto. cō. 13.

Præſtat in his vna concoctione viſa ſubito eadē die ac hora euacuare, ac iterum concoquere, ſic enim breui finietur morbus nūquam alias finem habiturus concoctæ vrinæ ſequenti die, alia non concocta, ſubſecutura ſit ad multos dies permanſura.

## Quòd accidentibus curam exhibent. Cap. 60.

SEXAGESIMVS abuſus eſt, cum accidentibus curam exhibent, cum tn̄ accidentia nullam habeant intentionem curatiuam prorſus ſm̄ Galenum. at dicent in libro ad Glauconē curat, facilis reſponſio eſt accidentia, vt accidentia ſunt, nullam curam poſtulant, vt vero in cauſam ægritudinis addunt, nō vt accidentia, ſed vt morbi cauſa medelam deſiderāt, qualia ſunt inſomni-

12 de inge. in prin.

tas, vehemens dolor, & nauſea, nam primum humores acuit & robur exoluit, ſecundum virtutem dirimit, tertium cibum prohibet, itaq; accidentibus cura nulla debetur. medici plus de gloria ſua q̃ de infirmi ſalute ſolliciti, illud primum ſtatuunt, vt accidentibus obuiam eant, plurimumq́; fit, vt eadem cura ſymptomata tollāt, & morbi cauſam vſq; ad perniciem augeant: accidentia igitur quę cauſam morbi non augent, curanda nō ſunt, veluti leuis dolor, ſitis in corpore humido, ſternutatio, oris amarulentia, inquietudo, ſanguinis fluxus non ſuperfluus, impatientia luminis, & talia quæ ſolent & infirmos perturbare, & aſtantes terrefacere, medicum autem egregium nullo modo mouere debent. ſed in hac ſaltem admonitione me operā perdidiſſe ſcio, cum prius medici lucri deſideriū poſt habituri ſint, quam huic conſilio obtemperaturi, quo nullum ſibi pręſidiū apud vulgares ambitioſius habeant.

## Quòd uitant hyemem in detrahendo ſanguinem. Cap. 61.

SEXAGESIMVS PRIMVS abuſus eſt, in ſanguinis minutione in quo ex temporibus errant. nā cum Princeps & Galenus ad Glauconē velint, vt ſuperfluum caloris & frigoris deuitemus, primum quidē frigus plus q̃ expediat vitant, calorem autē minus, vnde 9. artis curatiuæ cum cauſas dehortātes à ſanguinis miſſione diſtingueret, nequaq̃ frigus ſed calorem immodicum adnumerauit, tanq̃ exoluentem & ſiccantē nimis, frigoris autem nullam mētionem prorſus fecit, vtpote qđ ad negādam indicationem miſſionis ſanguinis nullam præferret vim. qđ vero ad quantitatis rationē pertinere videbatur, ad vniuerſalem methodum detrahēdi Princeps & moderni recipiunt. vnde in libro de ſanguinis miſſione (quod attinet ad indicationem non detra-

quarta primi c. 20. lib. 1.

,, hendi ſanguinis,aut omnino pauci eſt ex ætatibus pueri
,, tia,ex colore hominum cādidus ſupermiſtus, ex tēpore
,, anni canis.cæterū quæ his contraria ſunt,aliam rōnem
,, non multi ſanguinis detrahendi habent, vnde in maximis frigoribus à larga ſanguinis miſſione cauendū eſt) hæc Galenus quid clarius: in ſiccis igitur temporibus omnimodam ſanguinis minutionē cauere docet,in frigoribus largā & exuberantem.prȩſtiterit igitur quantū fieri poteſt caniculæ temporibus/ſanguinis vitaſſe eductionem. vnde Galenus ibidem quoquot ſanguinē miſerant,his temporibus mortui ſunt.in hyeme autē nunquam temporis habita ratione ab ea abſtinendum, ſed parcius ſubtrahendum. præcipue vbi extreme hyemi & regio,& temperatura frigidiſſima copulata fuerit.

Ad Giau.p̄.

## Quòd dant caſſiā poſt inciſionē uenȩ. Cap.62.

SEXAGESIMVS SECVNDVS abuſus eſt, quoniam ipſi dant caſſiam poſt ſectionē venæ,& in hoc videntur vti duobus motibus contrarijs non ſm vnam rōnem quare natura impedit & debilitatur, ideo periculoſa eſt hæc operatio, dānoſa, & ab antiquorum mente aliena.in tam celebri tn̄ vſu, vt nihil frequentius inueniatur,& licet Galenus poſt venȩ ſectionem ventrē moueri concedat, attamen illud eſt per accidens in delirio:non enim aliquid propinauit, vnde ſuper aphoriſmo illo(cum morbi inchoant)vult Galenus quandoq; vnum auxiliū quandoq; alterum, nequaq̄; tn̄ ambo ſimul vnq̄; eſſe neceſſaria: & Princeps cum aūt vnus humor ſuperabundat, tunc magis eſt neceſſaria purgatio, cum omnes inciſio venȩ:igitur ex diuiſione patet quòd nunq̄; ſimul ſunt opportuna. ⁊ alibi balneū non eſt vtile, eo quòd trahit materiā ad extra tempore pharmaci, pari ratione nec ſanguinis miſſio cum materiam ad venas magnas trahat.purgatio vero contra, vnde in aph-

9.de inge.

29.ſecundæ particulæ.,

quarta primi.c.4.

quarta primi.c.5.

riſmis æquales humores ſectione venæ euacuabis: in- æquales medicamento. 2.par. apho- riſmo.8.

## Quòd fluentibus menſibus timent uenam incidere. Cap.63.

SEXAGESIMVS TERTIVS error eſt, quoniam fluentibus menſtruis timent, quoquomodo ſanguinem ſubducere in eo tempore, at Galenus totũ oppoſitum facit, nam cum diminuti fuerint mẽſes eo tempore Galenus ſupplet defectũ per venæ inciſionem ſm quantitatem qua defecerunt. animaduertere autem oportet quòd ratione ægritudinis poteſt ſanguis detrahi à brachio etiam: verum ratione menſium deducitur à pedibus, cum ergo conuenerit ſectio venæ ſm pedem nõ dubitabis in ea vero in qua iam multo tempore defecerũt mẽſes cubiti interior vena ſecanda eſt: in hoc genere frequentiſſimos inuenies aberrantes ob quæ dimittentes ſanguinis miſſionem ægrum occidunt. 9. artis cura.

## Quòd non audent ſcalpere in cucurbitulis abſq; purgatione. Cap.64.

SEXAGESIMVS QVARTVS error eſt, quoniam ipſi non audent ſcalpere in cucurbitulis abſq; purgatione, & in hoc peccant grauiter, ná dictum Galeni de cucurbitulis intelligitur in nõ inciſis, ipſi aũt traducunt ad ſcalpturam: nam cum poſuerit capitulum generale de ipſis vt ſunt tantũ auertentes & calefactiuę, ſubiungit de ſanguiſugis & ſcalpturæ, ita q̃ intellectus illius loci eſt periculoſus, & malus. diſtinguendũ eſt igitur, cucurbitulæ quæ apponi debent ad diſtrahendum præſupponunt corpus mundum, quæ vero ad corrigendum temperaturam nequaq̃: quæ vero inciduntur, vel debent poni in cauſa emendádi ſanguinis cũ extractione per inciſioné, & ſic inciſio pręcedere debet; aut abſo- libr. de cucur bitulis &. 13. de inge. vbi docet extra- here tumo- res ſchiroſos et colléctiões

lute,& ſic non præſupponunt. breuiter nihil voluit Galenus ibi niſi duo. Primum ꝙ vbi ſcalptura debeat fieri cum purgatione ventris,aut venæ ſectione,talia debent præcedere ſcalpturā non conuerſo modo,non qȯ abſolute præcedere debeat,ſed vbi duo ſimul oporteat fieri. Secundum ꝙ cucurbitula ſine ſcarificatione non debet apponi quantum ad reſoluendum diſpoſitionē,niſi cor-
14.de inge. pore expurgato.Tertiū vero alibi addit in ægritudinibus cutis cucurbitula non debet apponi niſi expurgato corpore,nā ſic plus trahit q̃ꝫ reſoluat,ſiue cum ſcalptura ſeu ἐγχάραξει, ſeu non.

## Quòd curant phthiſicos fucoſa cura. Cap.65.

SEXAGESIMVS QVINTVS error eſt, q: in empicis & phthiſicis perdiderunt curam verā.& eſt quod ſi ſanies ſit alba iuuat incidere ac exurere ſecundum pectus in loco in quo velocius petia exiccatur, & licet Albucaſis capite.31.partis primæ videaẽ hoc quaſi
6.aphor.27 ignoraſſe, attamen inuenimus nos Hippocratem ſuper hoc conuenienter auſum, & ratio teſtificatur ſuper hoc quādoquidem nulla alia ſalutis ſpes inuenitur, & quod fit in exterioribus licet periculoſius, neceſſario tamen magis fit in interioribus,& hoc eſt primum in quo plurimi moriuntur,qui ſanari integre poſſent.

¶ Secundus error circa hoc eſt quod ipſi vtuntur propter conſtrictionem pectoris,⁊ febrem hecticam & accidentia eius,& febrem putridam cura humectatiua,⁊ neſciunt illud quod dicebat Galenus ſecundo artis curatiuę,quòd cura vlcerum eſt exiccatio. ⁊ ita dum augent cauſam principalem & curant ramos faciunt curam palliatam producendo ægrum ad mortem miſerabiliter, & decipiendo & maleſaciendo.

¶ Inſtruēdo igitur vnam curam in hoc caſu vt hæc ſit argumentum aliarum, ponamus qȯ cuidam ſit phthiſis

ex vlcere pectoris,⁊ nõdum peruenerit ad vlcus pulmonis:in primis quidem dabis ptiſanam hordei ⁊ mulſam cum hordeo expurgãs,& in ptiſana pones bolum armenum,& facies eam ex aqua decoctionis mirti, aliquãdo corticis mediani fraxini,aliqñ ex decocto apij,aliquando oliuellę,aliquãdo cauliũ:ita tñ ne multa virtus eorum ingratum cibum faciat,dabis interim hanc ad expurgãdum mirabile decoctum.℞.radicum iridis & cari agreſtis,& aſſari,& myrrhæ,naſturtij,amigdalarum amararum,ſerapini,hyſopi,praſſij,radicum apij,foliorum oliuellę,radicum gariofilatæ, glycirizæ,añ.ʒ.i.capillorum veneris viridium pugillũ vnum,coquantur in libris.ii. aquæ ad cõſumptionem medietatis,cui collatæ addantur pro qualibet medietate ſingulis vicibus ſucci raphani a.ʒ.ii.vſq; ad.ʒ.v. ſm tolerantiam ſachari.ʒ.iii. bibat tepidũ in aurora, hoc ſolo poſſunt ſanari medicamine. Cura prima,

Quòd ſi non omnino ſanantur ſed tantũ expurgantur ſiccato vlcere ab exteriori pure detur boli armeni infuſio.ʒ.ii.in aqua oliuellæ vel gariofilatę,cum vnc.ſ.vini albi,& hoc bis in die,comedat etiã carnem ericij,quod ſi cum hoc remanſerit caliditas detur.ʒ.i. trociſcorum de caphura omni die cũ aqua gerani. Cura ſecũda.

Quòd ſi nec per hoc ſanatur poſt primũ decoctum detur hoc.℞.hordei vnc.ii.coquatur in libris.ii.aquæ ad ruptionem perfectam,poſtmodum imponantur cancrorum fluuialium carnes,videlicet caudæ ⁊ coquãtur ad perfectã diſſolutionem,⁊ in hoc diſſoluantur trociſcorum de luto armeno.ʒ.i.ſ.pro ſingulis vicibus,interim exhibeatur ouum cum hoc.℞.pulmonis vulpis,boli armeni.añ.ʒ.ſ.capiat cum luteo oui, & vtatur etiam vnc.i.ſ.ſyrupi mirtini cum.ʒ.ſ.myrrhę.&.ʒ.ſ.trociſcorum de caphura,⁊ de bolo armeno,⁊ vtatur ante cœnam ſacharo roſato ex onc.ſ. vſq; ad.ii.ſm tolerãtiam cum luto armeno. Cura tertia.

Quòd ſi p hoc non ſanaẽ, diſtilletur lutum armenũ ex lib.iiii.⁊ de quarta cura.

aqua illa detur per horas.vii.ante cibum.℥.i.cum vnc.i. aquæ pimpinellæ, & ſunt aliqui qui cum ipſa exhibent aquam ſanguinis humani & ſanant, & vtilior medicina eſt vſus aquæ boli armeni vt dixi per dies quadraginta.

quinta cura. Et ſi hoc non contulerit.℞.radicum apij,foliorum oliuellæ,añ.vnc.5.raphani vnc.i.5.infundãtur cum vnc.ii. boli armeni,& fiat ſicut dixi in libello de aqua ligni, & capiat quadraginta diebus,ꝛ ſanabitur.Et quidam bibit

ſexta cura. oleum vitrioli cum aqua capilloꝝ veneris,vel caulium & ſanatus eſt.Et aliqui dant aquã vitæ cum bolo arme-

7.cura. no,deinde ſacharũ roſatum,& vtuntur aliquãdo cicere excorticato,& aliquãdo aqua limariarũ cum hęmatite, ꝛ omnia hęc ſunt mirabilis iuuamẽti.Sed modo pona-

8.cura. mus qđ tot auxilijs,vt plerũq; accidit æger non iuuet:

9.cura. ſi poſſet tranſmitti ad habitandum in ſiluis piceæ plus

10.cura vſualis. iuuabit, q̃; ſi habitaret in Aegypto.Et ex his quæ multum iuuant eſt vti terbentina frequenti cum ouo diminuendo quantitatem oui & eſt ſingulare, & cum pauca eſt materia retenta,ꝛ ſputum ſatis facile,& reliqua difficilia tunc ſachari roſati quãtitas perpetuo aſſumpta cũ pane recenti ſæpenumero cõſolidat,ꝛ puluis herbęficulæ ad hoc eſt mirabilis.nos vero ſic ſanauimus multos.

¶ Cum vero æger cum hoc tendit ad malum,faciemus

vltima cura p cauteriũ.in fine. curam quam præcepit Hippocrates in.3.de morbis,hoc modo cum quis purulẽta ſpuit,tunc ægrum in ſede ponito ieiunum,ac alius eum humeris concutiat,mouẽdo fortiter ꝛ velociter,ac aurem admoue pectori,qua parte ſonitus exauditur ea pus collectum eſt,quod ſi nõ ſonet,nihilominus ſtante tuſſi ꝛ difficultate ſpirandi cum tumore pedũ empima eſt, ſiue collectio ſaniei: tunc igit terram creticam madefactam,vel cretam ſuperimpone, ac ſiccatam denuo madefacito,donec cognoſcas eo latere ſaniem contineri,quo prius pus ſiccatum eſt:cognito latere ſecabis ea parte qua ſanies redundat,iuxta pre-

cordia

cordia ab horaq; ſectionis exures,non ſolũ locum inci-
ſionis,ſed & patientem locum, donec poſſit coaleſcere,
nec ſanguis aut pus amplius effluat, poſt quotidie bis à
ieiunio linamento crudo,videlicet ſicco introducto ſa
niem extrahes,ita vt duodecima die totũ effluxerit,atq;
ita exiccato toto thoracis vẽtre curabis, vt iniecta mul
ſa tuſſiat,ſanabisq; interius vlcus per medicamenta,de-
mum eum curabis complete. ꝙ autem nõ hoc ſolum de
empicis dixerit,ſed de vere phthiſicis,patet,cum ſubiun
xit(ſic etiam ſuppurationes ex vulneribus pulmonis vi ,,
tio magnis obſeruationibus obſeruato curatoq;)ſignũ ,,
autem mundi pectoris eſt mulſa munda regrediens per
os vulneris, pulſa per tuſſim:cum vero cõualuerint lac
aſinę potãdum dabis,donec ab hectica fuerint liberati,
ac trociſcos ſi libet de caphura.Hęc eſt vera ratio curã-
dæ phthiſis,quæ vlcere ſpiritualium facta eſt,quãq; illa
quæ pulmonis vitio eſt vis curari poſſit.ſi autem pus ſa
niesq; quas expuunt,non ſint probatę qualitatis,ab hac
cura penitus abſtinebis ſm Hippocratis Galeniq; ſentẽ-
tiam. manifeſtum eſt autem & hac cura empicos ſanari
maxime. valeant ergo qui curam exercent blandientem
ægrum occidunt,nam iſta operatio multo minus peri-
culoſa eſt ablatione lapidis ex veſica.eorum vero qui in
pulmone vlcus habuerũt,cum pus bonum erat nos ali-
quos ſanabamus.

## Quòd exturbant ægros à ſomno. Cap.66.

SEXAGESIMVS SEXTVS abuſus eſt, cum ægros aut ſyrupoꝝ aut medicinarum propinanda
rum cauſa à ſomno exturbant,plus incõmodi ex ſomni
interruptione ferentes,quàm vtilitatis ex pharmaco.nã
ſomnus ſemper bonus niſi in principio & in augumẽto 2.apho.cõ.ꝑ
acceſſionis,quibus temporibus medicina etiã eſt inuti-
lis,nunquã igitur æger ſolius potionis cauſa à ſomno

erit expergiſcēdus, in quo etiā errore accidit vt ſomnū concedant poſt medicinam leuem in quo contradicunt ſuo Auicennæ: & etiam quòd dant vnum tantum ſyrupum in die, & cibum duplicant aut triplicant. & intentio Hippocratis in libro regimīnis acutorum fuit, vt cō coctio fieret, totiens quotiens cibus dabat, ob hoc oximel dedit, quandoq; pro cibo, interdum pro potu, melius igitur eſt vt in acutis ſaltem ſyrupi duplicentur, & frequenter ſyrupus acetoſus pro potu confert, ô quàm in hoc medici noſtri temporis ſunt ſecordes.

quarta primi ca. 5.

2. & 3.

## Quòd inungunt renes ex unguento Galeni. Cap. 67.

SEXAGESIMVS SEPTIMVS abuſus eſt, in vnctione renum ex vnguento Galeni infrigidante, in quo totiēs peccāt, quotiens cogitant: nā primo dant infrigidandi cauſa, & oleum iam ſui natura calidū eſt. & oleum roſatū eſt ferè medicina temperata, nam roſa ibi eſt ſm virtutem, & oleum ſm ſubſtantiā. elaboratio illa licet refrigeret, aliquatenus, non eſt tamē ſufficiens: at dicunt aperit poros, & ex hoc ſoluit calorē febrilem. & ego inuenio φ confert in apoſtematibus, q: confortat partes in principio conſtringendo eas ne recipiant, ſed hęc defendantur licet, malus tñ vſus eius in principio, q: repercutit mām ad intra, nec habet vim refrigerandi, quo quomodo illud qđ eſt in venis, multo minus qđ eſt in arterijs, & in concauitatibus. Secundo q: ipſi perpetuo inungunt ſine aliqua ablutione, & in hoc faciunt totum contrariū quæſiti, nam pinguedo olei obturat poros, & qđ eſt terreum reſidet in eis, & facit nocumentū magnū. Tertio q: inungunt ex eo calido, & iam præceptum Galeni eſt, qđ niſi aliud obſit actus medicinæ debet eſſe cō formis potentiæ, vnde ceruſa debet imponi frigida, & oxicroceum calidū. Quarto q: dixit Auenzoar quòd

3. de tēperamentis. in fi.

p theiſir. t. p. ca. 7.

omne oleũ exterius appoſitũ nocet in ægritudine ex bi le,& ratio eſt cum eo,q: nihil eſt inter liquores qđ facilius inflãmetur,nec inuenimus Galenũ vti in cura putridarum inunctione olei alicuius,niſi ad maturandũ, vt in ventre cum camomillino, etiam qđ ſani eo tempore propter vſum balnei aſſidue vngerentur,quanto minus nunc,ꝛ ex hoc patet error illorum qui etiam heriſipelanta inungunt oleo roſato,nam cum morbus eſt vehemẽtis inflãmationis debemus vti aqua cum caphura,& vidi propter hoc aliquos male terminari.

¶ Dico igitur quòd primo talis inunctio non cõuenit niſi factis euacuationibus.Secundo quòd debet fieri qñ competit ex oleo frigido in actu non calido. Tertio ꝙ poſt horam diligenter debent detergi renes cum vino albo antequam iterum vngantur.

## Quòd quandoꝗ̃ præponunt medicamentum ſectioni uenæ. Cap.68.

SEXAGESIMVSOCTAVVS abuſus eſt, qm̃ propter dictum Auicẽnę faciunt quãdoq; pharmaciam præcedere inciſionẽ venæ,& quidam dant caſſiam ante.ꝛ intentio in quarto regiminis acutoꝝ eſt,qđ illud ꝙ dixit author illius libri,ſiue Hippoc.ſiue eius diſcipulus,ſit verũ, & eſt qđ ſanguinis minutio,nõ ſolum oẽm medicinã,ſʒ ꝛ cliſmata debeat antecedere,itaq; valde peccãt,qui caſſiam vel ẽt enemata ꝑponunt inciſioni venæ,ſed deterius valde qui alio vtunť medicamine.qđ ſi dicãt caue ne faſtiditũ phlebotomes ex Principe,nam & illlud voluit Hippocrates & Gal.rñdeo qđ faſtidium non tolliť per caſſiam nec per medicinas niſi violẽtas, aut per inediam,quomodo igitur anteponent quidq̃; ?

quarta primi ca.4.

quarta primi ca.20.

ꝑ regi.acuto.

¶ Vtilius igitur exiſtimo ab ipſa inchoare venæ ſectione nec lenitionem ventris præmittere,& ſi Principi placet. & multo minus purgationẽ, & ratio ſuper hoc eſt

quod ſectio venæ trahit, qđ eſt de propinquo cordi ad extremum, & lenitio qđ eſt propinquum hepati, & melius eſt vt materia quæ eſt iuxta cor declinet ad hepar, quàm ecóuerſo, igitur minutio præcedet, nec humores in venis ſuperabúdantes alio modo melius ſoluuntur, q̃ venæ ſectione, nó igitur purgatione, nec quod eſt in concauitatibus trahetur ad venas magnas per ſolá minutioné, nec hoc contradicit ei, qđ dictum eſt in.17. abuſu. ná tunc nulla eſt intentio ſubducendi ſanguiné merito morbi, & ſi forte aliqñ merito quantitatis vel alterius cauſæ, ad authoritaté tamen Raſis alias dicam.

## Quòd utuntur iuribus in confortando uentriculum. Cap.69.

SEXAGESIMVS NONVS abuſus eſt, quoniam vtuntur iuribus artificioſis in confortando vẽtriculú & neſciunt, primo quòd omne pingue laxat & mollit, ſecundum quòd talia ſunt humida in actu, etiá quod eſſent ſicca in potentia, & ideo nó poſſunt iuuare in tali diſpoſitione, nam forma plus facit, quàm virtus. corrugatio enim & incriſpatio ſunt quæ cóſortant ventriculum, & iura actu diſtendunt & relaxant maxime in plurima quantitate, igitur cura vera eſt cum electuarijs de ſacharo, ſolutis tñ, & cum trociſcis & ſimilibus.

7, de ſimpli. medic. facul. cap.11.

## Quòd in hectica dant medicinas. Cap.70.

SEPTVAGESIMVS abuſus eſt, ꝙ in hectica dant medicinas, de qua poſita ꝙ ſit curabilis, nihil adhuc eſt deterius. & ego pono rónem, nam laxantes calefaciunt & exiccant ẽt quòd eſſent violæ & addunt in caliditate ⁊ ſiccitate, reliquæ medicinæ ẽt quòd non leniant, nocent tñ & ponamus de caphura quę ſm rónem Galeni iuuare debet, maxime ſm authoritatem Raſis, ⁊ ponamus radicem dulcem, ⁊ manifeſtum eſt qđ in ſan-

6. cóti. ca. 8. fo. 118. col. 4

17. cóti. c. 7. fol. 362.

tione hectici oportet ſanguiné arterialeꝫ refrigerari, ac ſimiliter arteriam,ſed in ſanguinem arterialé nihil tranſit niſi ſanguis venalis, igitur oportet medicamentum factum iam eſſe ſanguinem venalem, ac virtutem illam remiſiſſe, omitto rõnem quòd exigua quantitas contra tantam multitudinem renitente corde & arterijs nihil proficiet,& hoc ſaluo caſu in quo etiã venalis efferbuerit, ſed tunc ſpes nulla eſt ſalutis. forte poſſunt dare ne corrũpatur venalis ab arteriali, tñ relinquitur intétum quòd nullus hecticus cõuenienter poteſt curari per medicinam aliquam,⁊ q̃ð in vno ſolo caſu poſſunt exhiberi quæ nullo modo ventré mouent,quæ autem leniunt nunquã.igitur in hectica omnino ſunt fugiendæ medicinæ.quod ſi dicant cum cóplicantur putridæ dabimus propter putridam:& ego dico ꝙ tunc ſolum ſufficiunt cócoquentia,⁊ nocumentũ medicinę attractiuę hecticę eſt maius iuuamento q̃ð facit in putrida,⁊ in rei veritate tunc remanet aliqualis ambiguitas & ẽt de principio curæ, de quo dixi in libello floridoꝝ. pro nunc ſatis ſit intelligere ꝙ medicina in hectica quæ fit ex vlcere pulmonis ⁊ apoſtemate renum poſſet prodeſſe,vbi talis cã eſſet curabilis,ſed cauſæ eſſentiales morbificæ mẽbroꝝ quæ ſufficiunt ad generationé hecticę ſunt inſanabiles, igiť nunq̃ꝫ medicina conueniet.conſultũ eſt igitur prudẽter in lacte & in balneo aquę frigidę in qbus duobus auxilijs eſt ois ſpes, ⁊ ĩ aliq̃ caſu trociſci frigidi laudanť potius prophilacticæ,quã curatiuæ,parti cóſulendo cũ videmus hepar inflãmari & corpus ad febres parari.

## Quòd derelinquerunt uſum inciſionis arteriarum. Cap. 71.

SEPTVAGESIMVSPRIMVS abuſus eſt, qm̃ ipſi derelinquerũt vſum inciſionis arteriarũ,& incidunt ſolas venas. ſcio reclamabunt ꝙ hic error eſt

in nõ faciendo quaſi non ſit error niſi in faciẽdo.fateor
maiorẽ in faciendo errorẽ eſſe, at non in faciendo impe
riti medici eſt omnino.vnde ſciendũ qđ vt in libro flo-
ridorũ dixi, in febribus putridis ſoluendę oppilationis
cauſa vena inciditur,ideo nunꝗ̃ arteria,q: in ea non ca
dit oppilatio,attamẽ in omni dolore pulſatili,vt habet
15.cõti.c.vl. à Raſi debet arteria incidi,ideo in pleureſi non incidit,
q: nõ eſt dolor pulſatilis,ꝛ hoc bene animaduertit Prin
cap.de ſignis pleureſis. ceps.10.tertij ideo Galenus etiã monitu ſomnij ſe cura
uit à dolore lateris ſine febre, nã vt viſum eſt ibi omnis
dolor pulſatilis eſt per ſe ſine febre putrida,ſed cõiungi
tur ephimeræ,declaraui hoc ibidẽ,oportet autem vt ſit
dolor vehementis pulſationis,in principio etiam, nam
cum iam apoſtema magnificatur ſit dolor pulſatilis ra-
tione compreſſæ arteriæ de quo dolore non dico.
¶ Cum igit̃ dolor aliquis vehemens & pulſatilis à prin
cipio ægrum infeſtauerit arteriam quæ in directo eſt,
incide, & multum permitte fluere ſanguinem, donec in
ipſa operatione dolor ceſſauerit.

## Quòd ꝓhibent aerem liberũ ab ægris. Cap. 72.

SEPTVAGESIMVS SECVNDVS abuſus
eſt,cũ ipſi includunt miſeros ægros cameris ꝓhibẽ
tes ab eis aerẽ liberum, tanꝗ̃ aer liber ad ſalutẽ, non ſit
vtiliſſimus. vnde aer ꝑflatus emẽdat malã temperaturã
cordis & ſpiritus, & reuocat calorẽ nãlem, & exhilarat
animũ,& tollit malos vapores,vtilis aũt eſt oibus mor
bis,exceptis lęſionibus capitis,maxime vulneribus ꝛ cõ
tuſionibus.Secundo qñ aer eſt corruptus,vt tpe peſtilẽ-
tiæ,quãuis tñ Zoar altas, Raſis perflatas cameras cõſu-
3.theiſir.t.3. ca.1.&.10.ad Almã.ca.16. lant,defendi pñt aere nõ corrupto. At in oibus alijs de-
bent teneri feneſtrę aperte,niſi ſol noceat nimia calidita
te,maxime aũt eſt hoc vtile in febre peſtilẽtiali & phthi-
ſi ac ſimilibus, & hoc niſi in horis cõciliandi ſomnum,

## Quòd exercitationem à cibo noxiam exiſtimant. Cap. 73.

SEPTVAGESIMVS TERTIVS error eſt, cum exercitationem à cibo noxiam eſſe credunt: & quãq; non in re ipſa ſemp decipiantur, in cauſa tñ errãt primo: inde q̃ generale pręceptum eſſe putant. cãm igitur credunt eſſe q̃ cibus nõ concoquaẽ: cruduſq; exeat è ventriculo: ſed nec in hoc aberrant: plerũq; enim hoc cõtingit: ſed cur deſcendat, in hoc decipiuntur. nã exiſtimant ob id, ꝙ os ventriculi ſit in fundo. at vero ſi quis alius error, hic certe eſt tolerabilis. nã Galenus hoc credidit: inquit enim in anatomicis à gibbo vẽtriculi incipiens, vſq; ad imum ipſius terminũ, quem Græci pyloron vocant inteſtinoꝝ originẽ. Quãobrem ſi ſic ſe haberet ẽt leuis deambulatio periculoſa eſſet. & nõ lateret nos cur à cibo exercitari minime cõueniat. verum Galenus q̃ exercitium noceat nimis planè docuit, ſicq; plerũq; res ſe habet: cur aũt hoc fiat nemo adhuc explicat, niſi falſa ex ſuppoſitione. cõſtat enim ventriculi os inferius in ſuprema parte eſſe totius amplioris capacitatis, ex dextro latere. ab illius fundo in perfectis hominibus palmo fermè diſtãs. Quo fit vt niſi admodũ quis ſe repleant, tum maxime potu, ẽt ſi pylorus apertus ſit, nihil effluxurũ. ergo exercitium non hac de cauſa niſi ſaltitet homo obeſſe non põt. ⁊ tñ nocet, quid igiẽ in cauſa eſt? porro non ſolum in prima ſed ẽt ſecunda concoctione obeſt, nec tñ pylorus alter eſt in iecore. Quid igiẽ? reor duabus de cauſis concoctioni nocere exercitationẽ. primũ ꝙ iecur ac mẽbra excalefaciat, quæ exinanita prius, quàm abſoluta ſit coctio prima, cibũ ad ſe trahunt. ſecũdo ꝙ perturbenẽ ea quæ in ventriculo ſunt. ſi enim tm̃ obeſt varietas ciboꝝ, q: difficulter concoquunẽ: tum vero malus ordo magis? neceſſe eſt eũ qui à cibo exercita

lib. 6. & 4. de tuen. ſanit. in fine.

tur vtriuſq; exẽplum præſtare: varietatis ſcilicet ac mali ordinis. quare quę ventriculo inſunt partim cocta partim cruda, alia ẽt ſemicocta erunt. manifeſtũ eſt igit᷑ cur exercitatio noceat. aderit & in prolixa ſpirituum à loco reuulſio tum reſolutio ſi violẽta fuerit. quare à cibo leuis inambulatio ac breuis cõfert. ſi quiſpiam ẽt exerceri neceſſe habet, à potu caueat, & tenax ſubſtantia vi ſuſcipiat nutrimentum. quale eſt panis: & ſi aliud placet mel, aut amigdalę. ex hoc vero manifeſtũ equitationem exercitatione paulo minus obeſſe, niſi in aſturconibus leuiſſima ac breuis peragatur. cum tamen non caleſcat in illa corpus, ab exercitatione in multis, longo relinquitur in nocendo interuallo.

## Quòd dant in articulari morbo & podagra decocta cum uino. Cap. 74.

SEPTVAGESIMVS QVARTVS abuſus eſt, cũ in articularibus morbis tum podagra chiragraq; decoctũ in prandio & cœna pro potu exhibẽt, ex cinamomo & radice dulci, ac coriãni ſeu coriãdri ſemine, eodẽ tempore vinũ concedunt. Quin ẽt in prandio dant vinũ, à prandio decoctũ: alij ẽt deterius conſulunt vt vino decoctum imiſceant. hęc eſt illa egregia medicina noſtrorum temporum: in qua nulli rei cõſulitur, niſi vt nouũ aliquod cõmentũ excogitetur: tum vero vt alios imitemur nõ qui profecerunt, ſed qui callide artem exercuiſſe vident᷑. Nihil habent pro ſe in hac cã, niſi qđ cibi laborantiũ his morbis, tñ alijs diuturnis medica virtute carere nõ debent. verũ vt ex initio rẽ aggrediar, alius primo victus aliusq; potus, ei quę ex bile fit alius ei quę

cap. 13. ex pituita debet᷑. nam in hac vinũ cõcedit Aetius lib. 12. & cibos calidiores cũ in billioſa non cõcedat. an igitur hoc erit medicamentũ circulatorum, qđ oibus ferunt con

cap. 26. uenire morbis? ſummũ vero Græcorum in hoc conſilium

eſt Alexandri.tñ etiam Aetij ac Pauli,Galeniq; ac Arabum omniũ vt cibis parũ nutrientibus alanť:at vinum cõfertim nutrit,maxime rubrum qȏ præferunt cæteris. demonſtrauimus ét nos in cõtradictore nr̃o, vinũ hoc habere præcipuũ vt nutrimenti aſſumpti maximã partẽ in ſanguinẽ tranſmutet.ipſum ét decoctũ plurimę nutritionis eſt cã. verũ hæc tolerari qñq; poſſent cũ cæteris erroribus.ad diuerſos potus miſcere malũ eſt. nã varietas cibi concoctionẽ impedit. at nec minus potus. pars enim iecori dilecta trahiť ac ſecum rapit qȏ noxiuz eſt. imo ⁊ Aetius vinũ cum exhibet paucũ ſyncerum fuluũ ac ſubtile dat,non aũt cum aqua permixtum.eſt ét vino peculiare vt decocto iunctũ aceſcat. vnde ét cum aqua hordei dare ſyrupũ acetoſum vetuit Princeps. & quãq; hoc dixerit de aqua hordei cũ ſyrupo acetoſo oſtendit tñ illud eſſe verũ,ét ſi ſumatur cũ vino,vt declarat experimentũ, vtrunq; enim corrumpitur.cãm corruptionis eſſe calorẽ nõ hordeũ ſatis declarat Columella, vbi eũ redimere docet.ignea enim vis vt muſto addita præſeruat ne acidũ fiat:ſic ad pmutandũ vinum egregiam habet facultatẽ. Optimũ præterea eſt conſiliũ Græcoꝝ vt cibi oẽs ventrem lenem faciant coriãnon.cinamomũ,⁊ radix dulcis aſtringunt non parũ.hæc ét medica vis nimis ventriculum offendit ac iecur. imo nullus eoꝝ qui hoc potu cũ vino vtuntur ad ſenectam perueniet:habet enim præcipuam in ſe noxã exurendi iecur.& hecticam aut hydropẽ conciliabit.eadẽ enim eſt ratio quæ in calida aqua dicta à Principe.vtinã tantum ſtuderẽt medicorum libros,vt ambitioni & auaritiæ ac dolis,dormitantem quæ paſſim iacet, in omni podagra & chiragra in qua articuli nondum excuſſi ſunt aut tophum habẽt curam exactam inuenirent:quam ego ad hãc vſq; diem nõ docui,cum occaſionem expectem. adeȯ enim quidã mente capti ſunt,vt nõ tam ſanari cupiant, q̃ hæc ime-

libr. 4. ca. ꝑi lib. 12: c. 26, & . 23.

lib. ꝑ. trac. 8 con. 7.

prima quarti trac. 2. ca. 9

lib. 12. c, 30

ſecũda primi doc. 2. ca. 16 in fine.

ritis oſtendere. verũtamẽ alias in contradictore ſuo loco omnia quæ ad negotium hoc pertinẽt edocebimus. ℭMelius igitur eſſet vinum aqua calibeata diluere, atriplices ex garo ante cibum ſumẽdo. ſi autem aqua bona ſit, ex cartami ſeminis, aut cnico, idem enim eſt ſumatur paſſis vuis additis. hoc optimum hoc ſalutare præſidium: aut quod illi porportione reſpondet.

## Quòd in capitis uulneribus oſſis terebrationẽ fruſtra molliuntur. Cap 75.

SEPTVAGESIMVS QVINTVS abuſus eſt, quem olim Conciliator explodere nixus eſt. ſed auaritia peſſima chirurgoꝝ eum denuo redemit. dupliciaũt modo peccant & q̃ fruſtra terebrant nõ ſine magno vitæ diſcrimine: & q̃ vnguenta pus trahẽtia nunc ſine diligentia hac freti ſecuritate cõficiunt. Tonſores videas in omni capitis vulnere os capitis detrahere, tanq̃ cerebrũ artocrea ſit. at illud præter periculũ accedit, ꝙ ſanati debili capite, atq; oĩbus cauſis obnoxio ſuperuiuunt. at illi rem magnã aſtantibus feciſſe vidẽtur, ac ſimul ægrũ ingenti periculo liberaſſe. & hercle id agunt, ſed periculi ipſi authores fiũt. interim ne alijs minus audacibus, quos exiſtimari volũt imperitos, credamus impetrare à nobis ſolent. ſcio quẽdam cũ ceratum confeciſſet, quo oſſa ac pus nõ ſecus ac forcipe & cotto detraheret bis veneno ob inuidiã expetitum, ab alijs chirurgis. Marcus ab Vrſa dicebatur. timẽt enim illi ne ſic nimio plus ars ipſa vileſcat. exẽplum ſequẽtes vt fertur chiorũ. vt enim lachrima lentiſci ſuperabũdauerit mergunt q̃ ſupereſt: ne pretio ſolito decedat. ſic illi malunt ligurica liberalitate defungi, quã quicq̃ ſupereſſe aptũ vſibus hominũ. Sed ad rem redeo. cũ in vulnere non ſcindiť os vllo modo nec confringiť, iam oĩno terebra fruſtra admoueť. ſi vero os quidẽ ex ſuperficie vulneratur, nec ſe-

terebrare os oportet. cũ ſanies ingreſſum nõ habeat,ad mẽbranam durã. ſi ẽt diuiditur ac oſſis pars donec mẽbrána detegaẽ aufertur, iá nec ſic opus habemus ferro, cũ exitus puris pateat.curſus ſi frangitur & cõcidit, iam terebra opus nõ eſt, ſufficit enim partẽ fractam iã auferre.Quod ſi nõ concidit,æger tñ habet mortis ſigna,in opere ipſo morieẽ.declarauimus etenim ꝙ his, qui nihilo ſecius melius ſunt habituri admouẽda manus nõ eſt. at ſi ſpes ſit,os aũt ſub percuſſo loco rimã non habet, ſꝫ alio,quid proficies ſi in loco vulneris os terebraueris? Neq; ẽt cum vincula pericranei ⁊ durę mẽbranę ſuturis ſerratis colliduneẽ:cum nõ ſit vitiũ hoc in directo vulneris ſed ſub cute in latente parte: vt incertus ſit oĩno illius locus.Sed nec vbi rima in oſſe tẽporis Galenus enim hoc euitauit. vbi ẽt ſuturę propinqua terebra mortẽ infert:ꝙ pericranei & duræ mẽbranæ vincula ſoluuntur. Sit vero aliquis nõ vulneratus ſed pcuſſus,in oſſe ſupremo,& ſm vtráqꝫ tabulam capitis os rimã à ſutura procul adeò exilẽ contraxerit,vt ſanies ipſa egredi nequeat. iam vide ex terebra quot ſequantur incõmoda.primum quidẽ dolor vehemens ob adiacẽtes vtriuſqꝫ mẽbranæ propagines.Cerebrum ẽt concutiẽ vnde cottũ auribus immittere ſolẽt,qui flagitiũ hoc ſatis ſcire exercẽt.lædiẽ vero grauiter ex ſupueniente aere:nõ ſolum membrana dura ſed & interior ⁊ totũ ipſum cerebrũ.hæc aũt certa nõ erranti detrimẽta. at quot ex errore vt Galenus inqt nam ſi vel cõprimatur cerebrũ vel concutiaẽ attonitus morbus illico aduenit.ſunt quibus profluuiũ ſanguinis mortem afferat.alijs phlegmon ſupueniens. alijs labor operis accẽdit febrẽ ex qua moriunẽ. Cum & victus tenuiſſimus ibi ſit neceſſarius, tantus labor minime cõuenit.at dicẽt hoc neceſſarium eſt,ſaltẽ hoc in caſu,quáuis non parũ periculoſum:cũ aliter ſanies egredi nequeat. at ſi per os ſolidũ non eſt nãæ impoſſibile peccantẽ hu-

6.artis curat. [beside "us locus.Sed nec vbi rima..."]

2.de loc.eꝭ [beside "nõ erranti detrimẽta..."]

7.aphor.5 & &.14, tertij trac.4.ca.5. iuxta finem.

morem expellere, quãto minus rima iã ſatiſcente? opta rem igitur qñ etiã ſic ſanati plurimũ detriméti in vitæ meta ſuſcipiũt, obnoxij ét temporum mutationibus ac grauedinibus, vt ab hoc opere abſtinerét. Sed ſi nó perſuadeo his quibus nihil turpe videt̃ præter paupertaté, ſalté phyſicis hoc notũ erit. illi enim chirurgis, in alieno ſumptu liberaliores erũt. porro elapſo anno docuimus quãtum cerati nr̃i vis poſſet, cũ os inſeparabile. 83. diebus adhęſiſſet chirurgo fideliter rem tractante. nam nulla vi ferri cócutiebat̃: qđ octo diebus auulſum eſt.

¶ Eadé ratio nos doceat ab his abſtinere qui ſe incantatione mederi pſuadent: nã nihil plus habent quàm qđ in medicaméto continetur. diximus de hoc in libro de animi imortalitate. plures enim fruſtra pereunt ét leuiſſimis ex vulneribus. ſed qd attinet impoſtores laceſſere qui vulgo iã fermè noti ſunt? adeò tñ præualet inſanus pecuniæ amor vt ob inuidiam, lapidis veſicæ exciſores mutuis venenis ſe petant: quid putas facturos ſi quiſpiã artem frãgendi illos abſq; ferro inueniat? tantũ poteſt pretiũ, vt ſalutis authores nó ſolum, ſed & artem ipſam odiſſe cogar. Ceratis igitur innitendũ, auellédumq; qđ iam dimotũ eſt, eradendum quod corruptũ. antiquorũ auté ſententijs in contradictore libro rñſum eſt.

## Quòd in renũ lapide à pręcipuis abſtinét auxiliis uenæ ſectione & purgatione. Cap. 76.

SEPTVAGESIMVS SEXTVS abuſus eſt, cum in renũ lapillo cum maxime excutiat purgationem ac venæ ſectioné prætermittunt. cũ dicat Hippoc. iuuenes veratro purgare, venã in poplite incidere. memini anno quodã cum plures calculo vexarent̃, quibuſcũq; venę ſectio, deinde purgatio exhibita fuit his ſalus ét reddita eſt. eorũ q his auxilijs caruerũt nemo niſi difficulter ſanatus eſt ac tarde cũ aliqui ét obierint, nẽ ſe-

6. epidem. ꝑ. 1. aphor. 6.

ctio venæ doloré minuit, & periculũ phlegmonis tollit, ac ẽt ardentis febris quibus ſublatis raro aut nunq̃ celeriter æger moritur. at violẽta purgatio humores à loco reuellit, vt nó facile in vrinę incidant difficultaté. tñ etiam impellit lapidé deorſum: quaſi vecte inferius illum trudéte. & ſi dicant q̃ Auicẽna nó imperat niſi purgationé ſine venæ ſectione. ſed nec Paulus nec Alexander, illã conſulunt imo neq; purgationem. ſolus Aetius vtrunq; auxilium cõmemorat diuiſim tñ vt in reliquis fieri ſolet: ſed haud obſcurũ eſt Galenũ illum nó vidiſſe cum è cubito non è poplite ſanguiné auferat. ſed hic locus nó eſt vanas opiniones refellendi, vnus tñ Aetius rationem quaſi ducẽ ſecutus eſt. igitur in hoc errore excuſari qui aberrant merentur, cum hic error ſit veterum. ſed nos non ſinemus vtcũq;, rationem placitis medicorum cædere præſertim Hippocrate & Galeno ducibus. Quid igitur agendum ſit, breuiter accipe. 18. tertij tract. 2 ca. 18. lib. 3. ca. 45. lib. 3. ca. 34. lib. 11. cap. 5.

¶ Cum ſigna calculi apparuerint in renibus niſi ægritudo conſueta ſit: nam Paulus Canobius patritius Mediolanenſis nó aliter eos excernere ſolet q̃ pueri multi ſuos vermes: ſi plenitudo adeſt ex ſanguine, ſanguis primo ex cubito inde ex poplite auferatur, ſi autem humor vnus abũdat detrahẽdus erit. cum vero humores æqualiter augentur mittatur ſanguis è poplite. poſt attenuantia impellentia mollientiaq; exhibeátur. iam enim plus dimidio curę peregiſſe te exiſtima. victus ex oleribus attenuátibus ac melle. tum in acerbiſſimis doloribus tuto balnea emplaſtraq; adminiſtrabis. conſtat aũt nos inueniſſe auxilium, quod iam duos ægros in vna hora liberauit: cũ iam diebus fermè viginti quidã medici glorioſi circa eos fruſtra laboraſſent. at ego ẽt in illorũ altero quãq̃ debili haud veritus ſum ſanguiné detrahere: cogente neceſſitate: neq; enim tutum foret, abſq; purgatione aut venæ ſectione, tali præſidio vti.

## Quòd medicamenta uenenum continentia refugiunt. Cap. 77.

SEPTVAGESIMVS SEPTIMVS error, haud abſimilis mihi videtur incurię grāmaticoꝝ. nā hi verba omnia barbara & iure merito refugiunt. at ex latinis nec oīa placent: ſed quę ex Cicerone ſolum ſumuntur. Rurſus & in his delectū habēt nā quæ vetuſtate obſoleuerūt negliguntur, atq; ſic coartata adeo eſt latina locutio vt vix cōmode mentem tuā poſſis exprimere. cum prępſertim de re aliqua quæ à foro abhorreat ſermonē ſumus habituri. ſic horū ſtudium cum locupletādi linguā eſſe deberet, in anguſtum eam redigit. ſed hoc longe minus vitioſum, cum morā patiatur hæc ſuperſtitio: & error inanitatis illoꝝ perniciem ægri nō pariat. Sic igitur nobis refugientibus medicaméta quæq; adulterina, vitiata, dubia, incognita, tum ex notiſſimis exeſa, antiqua, corrupta, pauca relinquuntur quibus cōmode vti liceat. ab his ſi ét venenoſa omnia prædita facultate ſubtraxeris: duo non leuia ſequunt̃ incōmoda. Primum vt morbis multis propria prędia deſint. Secundū vt ferme nunq̄; ęque valida ſint illa, viribus affectuū. memini me hoc dixiſſe iam de medicamentis purgantibus. at in eis moles, pro virtute ſatiſfacere poteſt: cū in his fruſtra hoc quærere liceat. Et ne oīno in incertis rebus moram trahere videar, exēpla quædam proferam. cōmemorat Alexander Epithema ex auripigmento robur addés lieni. & quāq̄; ad lienem auxilia nō deſint: haud nō facile eſt inuenire, q̄ð adeò præſentis ſit iuuamenti: quodq́; cum hoc illū confirmare poſſit. Sic in paſtillo Marcelli ad dyſintericos quē vt præclarū idem collaudat, cum quinq; venena recipiat ſandarachā, lachrimam nigri papaueris, æris ſquāmam, æs cōbuſtum & auripigmentū: & tñ hoc medicamentū ét immittit̃ per inferna. ſic in Sau-

lib. 3 ca. 27.

cap. 31.

ſtini paſtillo ét pręter ſandarachã & auripigmentũ calx non extincta ingredit̃,ad eundem vſum.ſic ad gallicam luem quid cõpar inuenies ſuccis aconiti pręparatis?alij qđ nos ét fecimus ſæpe, argentũ viuum igne elaboratũ ĩn catapotijs exhibent.qđ & alias diximus.nõne argẽto viuo inter vnguẽta aut ſuffumigia peſtis illa abolet? & Auicẽna ipſe retulit medicamentũ ex veneno ad leprã. & quidã interpretant̃ Albes pro aconito.tũ maxime cũ dicat diamuſcũ illius eſſe alexipharmacum.& expoſitores Arabicarũ dictionũ per Bels albũ idem expoſuerũt. præcepta ét præcauendi dum teritur venenũ ab illo cõmonſtrata idem docét. Galenus ét cõmemorat egregia ĩuuamẽta carnis viperæ ad eundem morbũ. ſunt qui ad podagricos ingentem illaꝝ operam polliceãtur. alij ad tardandos canos, ac ſenectutẽ remorandã, alij ad viſus aciem encomijs præferant.Certũ eſt Anacardinã cõpoſitionẽ ex veneno conſtare,ꝛ tñ in frigidis morbis nulla antecedit. cuius ét meminit Aetius. Philagrij quoqꝫ antidotus ad diuturnas febres ex eodẽ:conſtat ſulphure & hyoſciamo.& in elephantiaſi quam clarũ eſt eſſe Auicẽnæ leprã, vulturis medicamẽto addit euforbium. ſed ĩd tñ exterius applicat̃. ergo ꝛ cantharidarum ſuus vſus eſt.ꝛ buſonibus:quibus omni ſalutare magis,emplaſtrũ cõficitur ad ſynanchẽ illam à Galeno deploratã, cũ muſculi interiores laryngis ſũt inflãmati.memini me aliqñ ĩam incẽſis funibus liberaſſe eo emplaſtro riuoltellã lignariũ fabrum/cũ vis tẽpus liceret ſumere ad conficiendum medicamentũ. ferunt ét illi in aſclite præclarã eſſe virtutẽ quam nondum mihi licuit explorare.

tertia quarti trac. 3. c. 3.

11. de ſimpli. medic. ca. 2.

lib. 13. c. 112.

cap. 110.

cap. 124.

Varignana

¶ Igitur cum morbus magnus eſt,cum tẽtata ſunt cõia auxilia nec proſunt,ad venena etiam confugiendum eſt. ſic tamen vt vel emendata,venena eſſe deſinant: aut exterius applicentur. nec credas tantum virium theriacæ ĩneſſe reliquis autem nihil,

## Quòd purgationem uenæ ſectioni præferunt. Cap. 78.

SEPTVAGESIMVS OCTAVVS abuſus eſt, cum purgatione venæ ſectioni præferunt. non ignoro me in alio loco rem hanc quaſi attigiſſe. verum multũ intereſt dicere qñ venæ ſectio ſit adminiſtrãda & medicamẽtum illi cõparare. Nunc tibi tanq̃ exẽplar medendi referã pro formula tum Mediolani tum Venetijs olim, ſed & id cõe exiſtimo vbiq; nam nulla cõmunior herba eſt vrtica, naſcitur in Aethiopia & Germania Italiaq;, cultis ac aſperis locis, ſepulchris ẽt ac in humidis paludibus. exhibent igiť ex indica ſiliqua globum admixto ex turbith ſuo trociſco. inde altera die venæ ſectio adminiſtratur atq; ſic optime ægro, tanq̃ ex typo conſultum exiſtimãt. at non aduertũt, nunc etenim (cũ alias de febribus tractaremus) de morbis abſq; febre loquor, Hæc verba à Galeno prolata. Ad huiuſmodi autẽ morbos veratro vtimur. venam aũt ſecare cum multus aut craſſus ſanguis abundauerit in venis. Quòd ſi vtroq; auxilio homo indigeat, à venæ ſectione incipiendum eſſe, notiſſimum eſt.

Abuſu. 17.

℘ ſup ſextum epidem. c. 6.

¶ At ſcio reclamabunt habere quẽ ſequantur Principẽ: cum humor abũdat humores prius æqua poſt venã incide. hoc igiť ad contradictionẽ reuocandum eſt. ratio ipſa pro nunc ſufficiat in tã pernicioſo ac execrabili errore. ſectio venæ debetur multitudini omniũ humorum, purgatio ſupabundanti, vbi vtrũq; auxilium eſt neceſſarium, ibi vtraq; vrget cauſa: quare cũ cogimur ſanguinem mittere ac purgare abundãt omnes humores: atq; inter eos vnus ſuper reliquas. ſi igitur prius moliamur purgationem, periculum eſt ne ſtãte plenitudine, febris accendatur, vel humores in locum aliquem decumbãt, vel obſtructio ingens fiat.

¶ At ſi

¶ At ſi prius venæ ſectione abundātia omnis tollatur, ſolū relinquiť vnus humor qui tunc cōmodiſſime educitur. alia ratio eſt ꝙ proprium eductionis ſanguinis eſt virtutē attenuare, eductionis per medicamentū calefacere: igiť ſectio venæ non cōmode adminiſtratur à purgatione, cum iam virtus ex inedia debilior reddita eſt: ſed medicina à venę ſectione. Ergo vbi vtroqꝫ pſidio opus eſt, ſemp præmittēda venæ ſectio erit. Hinc patet illum qui nobis quondā propoſuit, an ſtante æquali neceſſitate medicamēti & ſectionis venæ, pponenda eſſet ipſa venæ ſectio? nihil interrogaſſe: cū eſſet definita iā à Gal.

## Quòd inſtrumenta plurima ad chirurgiam neceſſaria ignorant. Cap. 79.

SEPTVAGESIMVS NONVS abuſus eſt, cū tot inſtrumēta reliquerunt, olim excidēdo, terebrādo, reponendo, reſtaurando, adurendo, extrahēdo, confirmando'ue neceſſaria. cum tñ oia diligenter Hippocrates, Galenus, atqꝫ Albucaſis edoceant. Verum præcipua duo pro luxatis ac fractis. alterū cui nomen eſt Gloſſocomon pro cruribus & vtile & neceſſariū. neceſſarium quidē ad rectam repoſitionem ēt dorſi vertebraꝝ. vtile aūt vt qui laborant etiā mouere ſe poſſint vt Hippocrates inquit. totiens eum Galenus deſcripſit, tantus illius vſus, nos illud penè neſcimus. at recte ſciunt inquā maledicere, ambire, præferre quādam authoritatē. ô miſeri mortales qui mala male tantū ſapitis, An vos nō pudet partē illius veſtri ingenij qȏ nec cū Archimede ſi viuat eſtis cōmutaturi: partē prudentiæ, quā non cū Ariſtotele, aut eruditionis in arte, quā non cum Galeno ſi reuiuiſcat, pauculasqꝫ horas ex tot quas maledicendo, quas ſtruendis perditis inſidijs, mortalium tādem cōmodis qui vos fruſtra alunt impēdere? Galeazius Capra cuius alias in exemplis geniturarū meminimus excuſſa coxæ

2. de fractu/ris tex. 64. & in cōmento & 7. de vſu cap. 14.

vertebra ēt nunc viueret ſi non manibus,ſed gloſſocomo cruris os fuiſſet reſtitutū.nota iam eſt illius quā ibi

lib.p̄.de articulis tex.20. & ſequentis.

recitauimus hiſtoria.pari rōne alterius meminit Hippocrates inſtruméti non adeo fama cogniti ſed tñ ſingularis vtilitatis, ad reponendū luxatum brachiū nō eſt inſtituti hic noſtri omnia quæ deſunt referre:in libris regularum medicinæ etenim à nobis hæc ſunt explicata. Satis pro nunc ſit admonuiſſe Albucaſim non male in hac materia poſt Hippocratē & Galenum multa ſcripſiſſe. Verum huius erroris, Auicennam hac in parte negligentiſſimum,authorem habent.

## Quòd in febribus peſtilentibus uictus tenuitatem perperam imperant. Cap.80.

OCTVAGESIMVS error eſt,cū in peſtilentibus febribus pernicioſe quaſi febrē ex pituita curaturi exquiſitā inediam imperāt. illud non animaduertētes ꝙ Princeps dicebat. Nam plurimi eorū qui vtiliter agunt,& comedūt violenter,euadūt ac viuunt.Raſis ēt idē affirmat ex Galeni authoritate in epidemijs quæ authoritas habeẗ his verbis. fortiſſimi ergo qui vim ſibi ipſi adferentes cibū oblatum aſſumpſerunt, oēs ferè ſuperſtites euaſerunt. Quare omnium cōſenſu victus tenuis in his nō ſolum non iuuat verū vehementer ēt nocet.Et cauſa huius eſt qȯ cum materia concoctioni apta nō ſit,neceſſe eſt vt vel homo moriatur, vel vt cruda expellatur.ſed ad hoc requirūtur vires validæ, & propter hoc cibus iuuat plurimū in hoc febriū genere,& non in alijs.& ſic patet ēt ratio,cur nō ſit mittendus ſanguis in hoc morbo ⁊ hoc iam diximus alias:& qȯ eſſet de mente Galeni.medici vero noſtri temporis quodā fato omnes occidunt.partim ſectione venæ,⁊ partim victus tenuitate.itaqꝫ conſulo,

prima quarti trac.4.ca.4.

libr.16.con. cap.6. folio. 358.col.1.

3. ſup tertiū epid.59.

in.1.cōtradictio.med.

¶Quòd laborante febre peſtilētiali ſanguis nullo mo

do mittatur,nec victus tenuis adminiſtretur.ſed dentur cibi qui reſiſtant putredini,iucundi guſtu:& odore grati.licet tñ ſanguinem minuere rõne materiæ præparatæ non corruptę cũ laborans à multitudine ſuffocaẽ.nam in hoc caſu virtus nullo modo debilior redditur.

## Quòd in doloribus partis quæ ad uentrẽ attinet enemata intẽpeſtiue exhibẽt. Cap.81.

OCTVAGESIMVS PRIMVS abuſus eſt in renum, & inteſtinorum doloribus vbi nulla data mora ſæuiẽte dolore frequẽtibus enematibus laceſſunt ægrum nõdum concocto cibo.maiorq; eſt longe iactura cruditatis,quàm vtilitas ex alleuiatione doloris. peccatur autẽ tripliciter in tempore cum fit à cibo.in additione attrahentiũ cum fit cum medicamentis expurgantibus diaphinicone vt dicũt & ieralogodion. in appoſitione calidorũ,cum additur vt moris fuit Venetijs Paduæq; electuarium de baccis lauri.

¶Hic mos ab aſtantium ſolicitudine primã duxit originem.nãq; illi vidẽtes iuuari ægros ab eruditis medicis enematibus opportune adhibitis:ipſi intẽpeſtiue ea admouent.inde medici imperiti aut perfidi ne quicq; prętermiſiſſe videãtur tantũ admittunt errorẽ.ex quo periclitatur perſæpe æger.alijs aũt qui ſeruanẽ,morbus neceſſario longus euadit:aut reuerſionẽ habet ſi celeriter finiatur. At facilius illi pecuniam odio habebunt quam mihi in hac cauſa ſint obtemperaturi. nimis enim infamiam timent. nãq; & in hoc, & in electuario illo, & in fomẽtis calidis primo æger iuuari videẽ:ſed poſtmodũ grauior morbus redit.vnde Aetius in colica quæ fit ab humoribus craſſis fomẽta quidẽ calida ab initio iuuare videnẽ:ſed poſt morbus grauior reuertiẽ.vnde ſubiungit de his quæ aſſumuntur loquens. intentio igiẽ in his eſt concoquere ac diuidere humorẽ ſine caliditate exce- lib.9.ca.30.

dente.itaq; diſcutientia & digerētia medicamenta ab ini tio exhibita morbum reddunt incurabilē.accedit quòd ſpem oēm in expurgantibus per inferna ponunt,cum tñ pſæpe vomitus ſit magis neceſſarius vt dicebat Actius.

lib.9.ca.29. in principio.

Quod vero ad expurgãtia attinet medicamēta vbi humor craſſus ſit ac lentus,plus attrahet ad locũ ex iecore & vicinis regionibus q; educere poſſit ēt quod per inferius immittatur. Alij vero ne cogar repetere enemata ſup enemata infundunt ea vero ſæpius intro refrigerantur,& dolorē adeo vehementē concitant vt ēt occidãt. alij medicamentũ exhibent nōdum aluo emollita: vnde quidã medicus quē ego noui duos hac de cauſa ægros prima die morbi peremit.contigit aũt mihi cũ tunc iuuenis eſſem,agit enim annus ab hinc vigeſimus, vt vocatus ſine pulſu vnũ ex his inuenerim, mortemq; prędixerim, quæ infra duas horas ſubſecuta eſt. prætor tñ timens ne peſte ille mortuus eſſet medico illi ac mihi interdixit,ne cũ oppidanis verſaremur.me offerente conditionē ſectionis mortui:ex qua oſtenſurum pollicebar imam partem ilei inteſtini diſruptam eſſe. verum cum non annuiſſet celeriter tamen me liberauit.

¶ Eſt igitur obſeruandũ vt ab initio euacuantia fortia omnia, item calida deuites ēt exterius appoſita.enematum ēt impoſitionē non niſi quinta exacta hora à cibo leui, vel ſeptima à mediocri admittas. niſi à flatu morbus ſit,aut à diuturna fecum retentione. enematibus autem non deſcendentibus glandula ſupponatur ne venter impleatur.motus in hoc plurimũ iuuat.in crudis autem humoribus coctionem vt expurges expectabis.

## Quòd in colica oleis exterius ac pinguedine utuntur. Cap.82.

OCTVAGESIMVSSECVNDVS abuſus eſt, cum in colica olea exterius tñ emollientia ac

pinguedines affatim exhibét, exiſtimātes ſe non parum prodeſſe cū noceant. Nam virtus inteſtinoꝝ maxime cō ſtat in expellendo, imo vera cura morboꝝ cauſam habē tium eſt vt cauſa tollatur, inteſtinoꝝ aūt compoſitio eſt ex villis qui ſunt ſm latitudinem fermè tota. nā in coli initio & fine ac recto apparēt longi nā opus inteſtinoꝝ proprium eſt ſm virtutem animę ſentientis expellere vt vult Galenus. ſed expulſio iuuatur à ſicco Galeno teſte, 3. de facu. nā libus cap. 8. iuxta princi. ꝛ ratio ad hoc clara eſt, laxatę enim tunicę ab oleo exte rius impoſito quo nā pacto vehementer extrudere feces duriores poterunt. & ſi dicant qđ virtus cōtentiua debi lis redditur ab humido Galeno eodē loco teſte: dico ꝙ 2. aphoriſ. com. 20. humor laxans vtrāq; virtuté debilitat. ſed cū in fecibus duris, aut tenacibus humoribus expellēdis validiſſimo inſtrumēto indigeamus, non poſſunt relaxantia in hoc conferre. & ſi dicas qđ molliunt feces, dico ꝙ non priuſ quam ſubſtantiam inteſtinoꝝ: neceſſe eſt enim vt primo trāſeant per membranā carnoſam, & cutim, & pinguedi nem & muſculos ꝛ peritoneum, & vtrāq; tunicā inteſti norum. quare eadem rōne nocent laxando peritoneū ꝛ muſculos ventris: & non ſolū inteſtinoꝝ tunicas. ergo detrimentū hoc aut magnum erit, aut leue ſed omnino ſine iuuamento. Et ſi dicāt ꝙ calidi eſt attrahere & expel lere: dico ꝙ eſt verū de calore nālī. præternālis aūt non expellit ſed attrahit tantum: quare olea & pinguedines trahent mām ad locū: & cum hoc nihil expellēt. & ſi di cas quare ægri ergo dolore leuātur: rñdeo q: membra ab humido diſtendunẗ & fiunt magis ampla & ſic non torquenẗ. ſed cum hæc extenſio poſtmodū finé habeat, homo poſtmodū lędiẗ abſq; iuuamento. iuuātur ét alij ob auxilia iuncta opportuna vt enemata & medicinæ. & aliqñ ſi ſit humor crudus à concoquentibus.

❡ Igitur in hoc caſu conuenit vti fomētis ac emplaſtris cum vino exiccantibos nō actu quidē ne feces exiccenẗ

prima primi doc.6.ca.3.

ſed virtute. & hoc eſt qđ dixit Princeps. Et ad vltimum nullo modo indiget expulſiua quiete: ſed motu & condenſatione modica quæ ad exprimendũ & ad expellendum tali adiuuet menſura, quod inſtrumentum retineat figuram aptam conſtrictioni atq; expreſſioni.

## Quòd exhibent album cibũ ægris deinde obſeruant res nullius momenti. Cap.83.

OCTVAGESIMVSTERTIVS error eſt, cũ albũ cibũ dant ægris: inuexit hanc cõſuetudinẽ medicus exterus Picẽtinus Cãpanus'ue. vt ſatis ĩtelligas dolo nõ errore nr̃os peccare medicos nã cum nihil in hoc vtilitatis eſſe viderẽt, rem tñ tanq̃; lucroſam illico amplexati ſunt. cõſtat his cibus farina orizi ſacharo iure pulli ſucco limunij pulpa pulli. ſunt q diligẽtius attẽdẽtes farinã amidi loco orizi ſupponãt. cũq; multis alijs ẽt modis euarient paululũ ab hac tñ norma deflectunt. at primũ quam prauus ſit hic cibus, imo ẽt peſſimus, nemo qui nõ oino ſit mente cæcus nõ videt. nã cum cibarijs prauis vnũ ex tribus malis neceſſario adſit, in hoc ſolo oia certe inſunt. ſunt aũt tria mala ex his ex cõponẽtibus ex cõpoſitione ⁊ ex modo cõponẽdi. primum igiť

abuſu.4.

aggrediamur. Carnes nemo ignorat quantum plerũq; obſint tum maxime in febribus. Docuimus & ꝙ multis

abuſu.33.

modis ſacharum noceat. De orizo dicebat Dioſcorides

lib. 2.ca.86.

quòd aluum ſupprimit. Galenus aũt addidit qđ ægrius

2.de alimentis cap.17.

concoquiť quàm alica. dixerat aũt iam de alica qđ eſſet validi nutrimenti: qđq; niſi diutius coqueret ⁊ in multa aqua, ob concoctionis difficultatẽ & alimentũ tenax

cap.6.

imponeret ægris. Sed qñ hæc ita ſunt in planè abſoluta coctione, nõ ne ſi viueret prorſus Galenus exclamaret ꝰ ô medici q me ſectari dicitis, nolite tantã infamiã mihi cõciliare, vt ẽt iuguletis ægros his cibis penè crudis: q̃ ego vix pcocta ſanis eſſem cõceſſurus. nõne cruditatem,

nõne obſtructiones, nõne inflãmationes etiã ex hoc ve-
ſtro nectareo cibo protinus cõſurgent? quid agitis? nõ
ne vera dicēt qui ſe Auicennã ſequi profitentur ſeniculi
iſti, ac nullius ſcientiæ viri: multo tñ plures ægros ſana
ri ab his, quàm à vobis qui me ſolo noie ſequi iactatis.
Sed ad limunij ſuccũ accedamus nulli dubiũ eſſe debet,
caliditatẽ carnis illũ obtundere, tñ etiam prohibere pu
tredinem: ſed ſi quantũ ventriculo obſit quis expendat,
non facile vnq̃ eius ſuccũ loco cibi ſit cõceſſurus. eteni
Galenus citrij ſuccũ non cibis aptũ ſed carnẽ tantũ aut
corticẽ, declarat in libro de alimẽtis. cum tñ haud tam 2.cap.37.
grauis ſit his ſuccus, vt limunij. & Auenzoar dixit quòd
acetum eſt adeo difficile ventriculo q̃ niſi eſſet vſus na
tura nõ ferret ipſum. & ideo dixit q̃ vterus nõ tolerat
vllo modo illius vſum. & ideo ẽt dicebat Galenus quæ
exaſperãt ſunt acida acria & aſtringentia. ſed in aſtringẽ p̃ reg. acu. 18
tibus eſt vtilitas nõ leuis ad confirmandũ membrũ aci-
da neruoſæ parti ſunt inimiciſſima. & Princeps etiã quę 13. tertij tra-
ventriculo maxime ſunt inimica acida ſunt. Sed ad cõ- ctã. p̃ ca. vlti,
poſitionẽ deueniamus, certũ eſt q̃ cibi ſimplices facili-
us concoquuntur. & ideo Princeps numerat cõpoſitio- 13. tertij tra-
nẽ ex multis, inter cauſas difficilis concoctionis: & ma- ctã. 3. ca. 2.
xime in primo. Quod & ſumpſit ex Galeno manifeſte ſen. 3. doc. 2
vbi dixit ꝙ qui ſcripſerunt de cibis illoꝝ varietatẽ dam- ca. 7. iuxta ſ
nauerunt. tum vero magis cũ ex contrarijs facultatibus nem:
cõſtant. at vero & hic tertia hæc cauſa nõ deeſt. nã cali-
da hic frigidiſſimis, duriſſima mediocribus immiſcent.
nã amylum ſi loco ẽt orizi ponaſ, cum facile concoqua
tur iuxta Galeni ſñiam non cõueniet cũ carnibus miſce p̃ reg. acu. 18
re ẽt dulcia poſtmodũ his, quæ difficillime concoquun iuxta med.
tur adeo prauũ eſt vt nihil poſſit eſſe deterius. q̃nquidẽ p̃ de alimen-
dulcia celerrime trahunſ à iecore, & cum his duriſſima t. s cap. 8.
quęq; ac cruda: ob id tandẽ cogimur dicere hunc abuſũ
omnẽ etiam in ſanoꝝ victu euertere rõnem. in ęgris ve-

ro perniciem præſentaneá afferre ſi grauiter langueant, in leuiſſimis ét morbis reuerſiones & lógitudinem accerſit. Quod ſi quis incredulus ad hæc ſit quãq; valido ventriculo ꝛ ſanus experiaťhunc cibi vſum: videbit nec octo diebus poſſe citra manifeſtũ ferre incómodũ. ꝛ mallem illos pro ægroꝝ ſalute artocreá cócedere cómuné: quæ cóſtat herbis ouis butyro caſeo & pipere.ná hæc longe minus mala eſt,tum magis qđ ſolet exquiſite in furno concoqui.ſed q: hic eſt ſanoꝝ cibus illũ reformidát.ſatis enim ducunt, vt ægri cibus conueniens eſſe exiſtimetur,ſi ſanis ſit incóſuetus.ô admirabilé illorum ſapientiá? cur nó dant ét ægris carnes canũ & equoꝝ, q: nec ex his ſolent qui recte valent quicq̃ eſitare. at dicent nó par eſt exemplũ,cum nemo edat hæc vel cruda vel cocta ſeorſum vel ét mixta.at vero oriʒũ,caro,amylum, ſacharũ, ius ſuccus limunii ſingula ex his inter cibos habentur.ſuntq; in perpetuo vſu.hęc ratio nulla eſt cum ſuccus limunii cibus nó ſit vllo modo.nec oriʒum niſi admodũ coctum.at vero ſi coquantur validius hic cibus oém,quod prorſus ab inſtituto ſuo abhorret,gratiam amittet.Hi igiť ſunt tá ſolertes in arte qui maxima hæc admittunt in minimis adeo ſagaces. nam in vrinis arenulas dánant:cum tñ in oibus fermè ſanis illas lógo ego vſu obſeruauerim nihil mali prorſus portendétes. ſunt enim in ſanis exercentium, in ægris caloris lectuli notæ.Similiter & quam vocant pituitá in alui deiectionibus fruſtra obſeruant aberrantes tota via:exiſtimant enim illũ eſſe humoré in venis contentũ:cum digni ſint riſu. & non forſitan videas bis vel ter ligno lentũ illud gluten trahentes admirátes,& laudantes ét medicamenti vim. ô egregios viros qui neſciát nullo medicaméto primũ talem mãm ex venis poſſe educi ét validiſſimo. cum tenax neceſſario prius diuidi debeat.nec etiá nouerint illũ non proprie eſſe humoré ſed mucum vel à cę-

rebro deſtillãtem in ventriculum: vel viſcidũ quiddam inteſtinis ſalutis gratia hærens. hæc eſt illa nobilis noſtroꝝ medicorum qui in angulis cũ inſciis tot deblatterant ſapientia. vbi cũ videas in maximis aberrare, minima quæq; tã ſupina ignorãtia poſtmodũ obſeruare, iure dicas, plus longe ab his offenſæ ꝙ̃ vtilitatis prodire. Porro vnũ illud nõ eſt obiter prætereundũ, nihil ad podagrã prouocandã aut artritim magis facere albi huius clariſſimi cibi vſu. Quãobrem nõ ægros, ſed ipſos medicos adeo ignauos ſumere oporteret generoſũ hoc ſuũ ferculum. hoc eſt qđ faciendum in hac cauſa cõſulo.

## Quòd rhabarbarũ in colica in aſclite in podagra & ſiccis temperaturis nocet. Cap. 84.

OCTVAGESIMVSQVARTVS abuſus eſt cum rhabarbarũ exhibent in oibus fermè morbis. nec nũc attingo qđ alias dixi illos perperã non niſi medicamẽtis innoxiis vti: nã alia nunc eſt ratio, hoc enĩ volumus docere præcipuũ ex illis non ſolum inefficax eſſe plerũq; ſed ẽt valide nocere. vt ex hoc ad cętera eiuſdem innocentiæ tranſire poſſis velut & in antecedente abuſu, ex albo cibo ad reliquos abſq; rõne cõpoſitos ſcibos reijciendos trãſire te velim. quę enim his capitibus traduntͤ ſunt pro exẽplo tantũ: vt ex his in alia deflectere liceat. vt ex melonibus in cucumeres & quas vocant anguries in fragra: ex aloes vſu damnato, ſenæ vſum, ac catapotionum omnium. ſic nõ leuis ex hoc libello vtilitas haberi poterit. nimis enim ſimplicẽ rõnem me inijſſe credas ſi dãnandi tantũ ea quæ hic ſcribũtur, calamũ ſumpſiſſe me in manibus perſuadeas. Sed ad rem venio rhabarbarũ in hydrope aſclite nec tympanite nõ conuenit. quia omne medicamentum expurgans & non mãm facientem morbũ, cõmouet materias ad ventrẽ, & facit illũ tumeſcere, & virtutẽ proſternit. at rhabarbarũ hoc

abuſu. 21.
abuſu. 7.
abuſu. 51.

cap.proprio. facit: nã ſm Meſue ſolũ purgat bilé & pituitam & ſimiliter Auerroes nõ tribuit hoc illi. & ét q: rhabarbarũ purgat bilé magis q̃ pituitã, & ſic refrigerat iecur. ſed hæc ratio eſt nulla, q: ſolũ expurgat bilé quæ eſt iã ſeparata & inutilis: ſed illa nõ addit in calore nãli rem de qua ſit curandũ. & ante poſita propoſitio eſt nota rõne & experimento. Authoritate etiã Aetij hoc clarũ eſt: qui libro decimo cum hãc curam deſcriberet nullũ oĩno exhibet medicamentũ qđ aquam non purget. Idem quoq; ſentit Alexander & Paulus tum magis quòd lathyrim dant & euforbium & ſquámam æris, quæ omnino nõ conuenirent cum ſint venenoſa & plena periculi, ſi rhabarbarũ aut alia ſimilis medicina prodeſſe poſſet. & eadẽ etiam eſt ſnĩa Principis in ea cura. nullo enim medicamento vtitur qđ aquam nõ educat. ſimiliter & Auenzoar hoc docuit, neq; enim vtitur cõſimilibus: quare manifeſtum eſt qđ non expedit dare hoc in morbo. & ſi dicas quod Auerroes laudat eum q: cõfortat iecur: & ita poſſumus dare hac de cauſa. rñdeo ꝙ cum nõ poſſit abſolui ab expurgante virtute, cur debemus dare medicamẽtum noxium. cũ liceat exhibere diacurcumam, dialacam & talia quæ nullo modo nocent & iuuant tñ. & ſi dicas quod Meſue dicit confert hydropiſi. dico ꝙ oſtẽdit modum confirmando iecur, & aperiendo obſtructiones. quare cõfert hydropiſi ſubtercuti ſeu anaſarcæ. & ſimiliter cõuenit in præparatis ad aſclitem & tympanitẽ antequam inuaſerit eos morbus. Sed neq; in colica propter duas cauſas, primo q: habet virtutẽ aſtringentem: ſecundo q: educit ſubtile & relinquit qđ eſt craſſum. Circa quod notanda eſt regula: ꝙ omne medicamentum educẽs duos humores tantũ, educit ex vno eorũ, quod eſt ſimile alteri. velut rhabarbarũ educit bilem flauam & pituitã, educet de pituita partẽ ſubtiliorem tantũ. & polipodiũ educit atram bilẽ & pituitã, & ideo educet craſſam pituitã.

Marginal notes: 5. colle ſtant. cap. 4. — cap. 21. 25. & 26. — libr. 3. ca. 31. — lib. 3. ca 47. — lib. ꝓ trac. 1 3 cap. primo.

aduerte tñ regulá Galeni qđ ſi educit craſſam prius edu cet etiá ſubtilem. & tertia cauſa eſt q: trahit materias ad inteſtina & ideo dicebat Princeps, ⁊ caue ne trahas materias malas ad inteſtina & ſequatur excoriatio ⁊ ſic patiatur poſtmodũ vtrũq; colicam ſcilicet & excoriationem. & poſſet etiá addi qđ calefacit ⁊ ita exiccat pituitá in ipſis inteſtinis exiſtenté. & propterea videmus qđ Galenus dat hieram ad detergendũ & colloquintidá ac talia. & ſi dicas qđ aufert punctioné in inteſtinis, rñdeo ꝙ intelligitur & eſt verum de illa quæ oritur ex flaua bile, quáq; nec hoc oino ſit tutum. Sed in podagra & chiragra eſt illius nocumentũ manifeſtum. eo qđ aperit vias & ſua ſubtilitate ac caliditate cũ ſiccitate iuncta humores facit penetrare. & hoc iam eſt declaratũ ſuperius. ⁊ ſi dicas qđ habet virtuté aſtringentem. rñdeo qđ verũ eſt ſed nó merito iuncturaꝝ, q: eſt res oino leuis. & ét quia virtus eius, non perducit ad iuncturas: & ideo eſt oino inutile reſpectu eaꝝ. Quòd vero noceat téperaturis ſiccis: patet cũ ſit calidum & ſiccũ in ſecundo. ⁊ ideo ét nociũ eſt febriétibus, tum maxime vbi eſt ſuſpicio hecticæ. ⁊ ꝓpter vim aſtringenté adducit tabem tum q: eſt tarde opationis in educendo. oé enim medicamentũ calidũ ⁊ ſiccum vim habés aſtringenté conſumit corpus nimis.

16. tertij tract. 4. ca. ꝑ.

Meſue ca. proprio.

❡ Conſilium eſt igitur vt non exhibeatur vllo modo vbi eſt ſuſpicio tranſitus ad hecticam. non podagroſis: non in hydrope aſclite vel tympanite: non in colica niſi facta ex bile pura.

## Quòd ægris & ſanis conſulunt, ut ſuper plumam dormiant. Cap. 85.

OCTVAGESIMVS QVINTVS abuſus eſt, cum conſulunt vt ſani ac ægri ſup plumá dormiant. olim in lectulis ex frondibus quos ſtibades, aut phyllada etiá vocabant dormiebant: vt Atheneus & in

10. artis cur: Philoctete author eſt Sophocles. Galenus lectulo℞ & ſi
ca.10.&.11. meminerit nõ videt̃ eius cõpoſitionem declaraſſe. Martialis tñ hoc docuiſſe videt̃ cuȝ dixit, Laſſus Amyclea poteris requieſcere pluma. & Iuuenalis. Penſilibus plumis. Sed tñ cum ſpina dorſi tum renes ac arteria magna & vena eodem loco iaceant in dorſo, lapis gignitur frequens, accéditurq́ꝫ corpus, ⁊ humores ebulliunt. aſſuetis vero ſic, nullũ eſt in ſenectute imbecillitati præſidiũ. his vero qui febre laborant, maior caloris æſtus ſuperadditur. & ideo pluma nõ parum nocet. ¶Conſulo igit̃ vt qui calido ſunt tẽperamento, ⁊ qui lithiaſi laborant, & qui imbecilli ceruice, & qui febre detinentur dum ſunt iuuenes, à pluma ſemꝑ abſtineãt. dum vero ſeneſcunt modice vtantur. febrientes nunq̃ꝫ. in hoc tñ debent excuſari medici q: antiqui de hoc parũ locuti ſunt, cum tñ res eſſet neceſſaria. & forſan qđ in ſanis nõ præparatis ad lapidem, longa conſuetudo vincit vtili-
3. ad Alman tatem ſtrati ſalubrioris. eſt autẽ calidiſſimum oium plu
ſorem. 24. ma tum anſerina ſubtilis ꝑſertim, poſt lana, inde cottũ, poſt ſericum, inde linũ cum palea. ego aũt ſerico in lino cõtento vtor. cum tñ ille dãnet in veſtimentis hæc quæ calefaciunt, videtur & idem iudiciũ de pluma facere.

## Quòd ſal & acetaria ab ęgris remouẽt. Cap. 86.

OCTVAGESIMVS SEXTVS abuſus eſt in ſale & acetarijs quæ ab ægro℞ maxime febrientiũ cibis amouent, coguntq́ꝫ inſipidos illos cibos ſumere ſiccitatẽ ⁊ caliditatem ſatis dãnantes. adeo ſemper, dum
2. aphor. 38 in rebus nullius momẽti ſtudent, aberrãt. nam clarũ eſt ꝙ parũ deterior cibus aut potus melioribus quidẽ ſed minus ſuauibus eſt præferendus. hoc vel ſolo, ſi ſal non arbitrant̃ venenum, laborãtibus tñ maxime cibi tædio affectis illud in cibis addere debent. At forſan dices ꝙ victus humidus febricitãtibus omnibus cõfert. & ſi in-

telligaẗ de tali virtute non ſubſtantia vt multi volunt,
non tñ mica ſalis ſiccum cibũ efficere poterit.nõ tñ vta-
ris plurimo,ne te dicas læſum cõſilio meo, iudicio etiã
ægri. ſed minus adhibe q̃ ſanitatis tempore. nã calida
& ſicca temperies præter nãm cibum amat frigidũ ꝛ hu
midum. Salis ẽt natura reſiſtit putredini. declarant aũt
Galenus & Raſis tria illius iuuaméta craſſa colliquare 3.de alim.41.
attenuareq;.cibi tædiũ auferre ꝛ appetẽdi excitare vim. 3.ad Alman
tum putredini reſiſtere.mouent ꝛ aluũ ſalſa, vt Galenus ſorem.17.
ſecundo de alimentis docet. acetaria vero adhuc vtilio
ra videnẗ ſale: acetum enim appetẽdi vim excitat,putre-
dini reſiſtit,diuidit tenaces humores,obſtructiones ape
rit.iam vero declarauimus ꝙ antiqui dabant cum cibo
concoquentia ſeu vt verius dicã præparantia. Galenus p ad Glauco.
vero dabat lactucas non ſolũ ſed attriplex maluam bli- 9.&.10.
tum lapatium cũ vero daret oximel aceti non meminit.
ſed & in quartanæ cura ſalſa dabat & ſinapim. nunc ve-
ro nihil audent & tñ nimis plerunq;. olei tñ modicum
acetarijs addes, quia in febribus leuiter accẽditur. ergo
& ſal cibis addendum & his acetarijs vtendum. habent
olera vt parum nutriant: vt plerunq; humida frigida
ſint: & appetendi vim excitent.

## Quòd uinum in exhibitione ligni indi co/ quunt. Cap. 87.

OCTVAGESIMVSSEPTIMVS error ẽ
cum in cura morbi gallici lignum cum vino co-
quunt. hic error ad aliã pertinet à nobis ſcriptã tracta-
tionem.Sed tamen quia & multa alia vino incoqui per
errorem poſſent, non ignorãdum eſt quam qualitatem
vinum feruendo acquirat.

¶ Cum igitur vinũ leuem habet ſubſtantiã ab igne cor
rumpitur & aceſcit vt Galenus author eſt. cum vero po 4.de ſimpli.
tens ſi coctum nõ ſit igne perficitur: vt muſtum ex quo med.cap.14

12. de re ruſt. ca. 26. defruttum, & ſapa ac vina quę nō acceſcunt vt apud Columellā. quæcunq; autē vina iam ſunt perfecta propriū amittunt calorem accedente igne. acceſcunt igiť vina & ca. 16. & 17. ſicciora fiunt vt ēt poſterius declarabat Galenus. quare vina quæ coquuntur infirmiora frigidioraq; & ſicciora euadunt. cōtrahere vero illa calorē aſcititium etiam oſtēdit argentū viuum qđ igne elaboratur. quāobrem corrūpi vinum hac de cauſa neceſſariū eſt. corrumpitur etiā alia ſibi & oleo cōmuni tantū, nam qđ diximus ēt melli conuenit: qm̄ quod facillime exuritur in igneam tranſit qualitatē cum iuxta ignē apponiť. non enim aliter inflammari poſſet proprius admoto igne niſi ſenſim ad ignis nām cum prope fuerit accederet. at vinum ardere cui vis poteſt eſſę conſpicuum: quare vinum cum coquitur corrūpitur. atq; ſic iecur ipſum exurit.

¶ Conſultius igiť fuerit aquæ hæc incoquere partē vino infundere atq; miſcere nō ſolum in his vero ēt alijs. qđ ſi cogamur vt in oleo aquæ partē adijciemus.

## Quòd expurgantia medicamenta ex diuerſorū purgantium natura cōficiunt. Cap. 88.

OCTVAGESIMVS OCTAVVS abuſus eſt cum incerti quid agant oīa ſimul miſcent cōpoſita ſimpliciaq; diuerſarū facultatum. diaphiniconē ſeu cōpoſitum medicamentū ex palmę fructibus: diacatholiconem, ſiliquā indam, ſyrupū roſatum laxās, rhabarbarū, agaricum. taliaq; ſine ſenſu, ſine rōne. Nec mihi ſecus facere vidētur quàm Iudęus quidā apud Philippū vicecomitem morā trahens: laborabat aulicus vlcere cruris malo, hūc medici vt ſæpe accidit ſanare non ſolū nequibant, ſed in deterius agebāt pēriculū. tunc Iudæus principi inquit, ſi illum mihi tradideris ô Dux, ſpero firmiter me eum curaturū. ſubriſit ille, tum demum ſi eum ſuſpicias curandum cum nihil ex arte medica ſcias, quid

tandem acturus es inquit? At Iudæus, emplaſtrũ ex fœno illi ſuperimponam: quòd fieri vix poſſit, vt cum ex tot herbis fœnum conſtet, ne illa ſit præſens, quæ morbum hunc curare perfecte poſſit. ô quot Iudæi illius exemplum imitantur? etiam in grauioribus morbis: habentq; hoc pro Galeni librorũ ſtudio. ſed num aduertunt primo, quòd in multis medicamentis multa ſunt incõmoda: cõmodum vero vix vnũ eſt. deinde ꝙ Galenus ipſe quẽ in ore tm̃ habent hoc nunq̃ nuſq̃ agit: vt multa medicamenta miſceat, niſi tẽporis beneficio iuncta in vnũ coaleſcãt vt in catapotijs pleriſq; & hiera ac talibus. Eſt ẽt præceptũ cõe, ne medicamenta purgantia nõ longa cõpoſitione edomita miſceamus. nã vnum celeriter ſoluet, ⁊ aliud tarde. nec video cãm fermentandi hieras ac catapotia ſi miſceri poſſunt medicamenta diuerſoꝝ generum. nec hoc facit quin vt inquit Meſue, nõ incoquamus ſcamonẽ ſyrupo gratia exẽpli roſato: quia virtus illa non habet ſubiectum diſtinctum à ſyrupo: & ideo non fiunt operationes diuerſæ: ſed ſola vis ſyrupi augetur. nec aliud puto voluiſſe Galenum cum dixit ſe ſcripturum in libro de cõpoſitione purgantiũ medicamentorum cauſam cur deſierit vti catapotijs Quinti. ꝑ de med. ꝑ locos cap. 1.

¶ Quare dico quòd vbi opus fuerit debemus expurgare quæ noxia ſunt: vel vno tantũ medicamento ſimplici emendato: vel catapotijs aut hieris fermentatis: vel medicamentis quæ virtutem quaſi ſimilem habent.

## Quòd raro & oſcitanter adminiſtrationem exercent anatomicam. Cap. 89.

OCTVAGESIMVS NONVS abuſus prauus & noxius originẽ præbens multis alijs, eſt cũ vix ſemel vident hominis viſcera. nec etiã curant animalium alioꝝ videre. Sed in hoc ſniam meam dicam audacter: non mihi videtur belluarũ anatomia multũ vtilis

ſimo nec parũ forſitan.adeo euariant mẽbra hominis ẽt ab illius ſimillima ſimia. Solum vidẽtur mihi hæ diſſe-ctiones in tribus vtiles. primo in videndo operationẽ: vt ſi velimus videre quomodo muſculus à latere, erigẽ do ſe brachiũ extendat. Secundo pro viuentiũ experien tia: ſecare enim hominẽ vt illius interiora mẽbra inſpi-cias, inhumanũ prorſus eſt. & anthropophago dignum opus. Tertio pro his qui nunq̃ viderunt introducẽdis. nã confuſa doctrina ſenſitiua parũ facit ac docilem ad exquiſitã capeſcendam. Cęterũ ſi diligenter tractãda res eſt: plurimũ membra hominis à reliquis aĩalibus diſcre pant: ſitu, forma, ſubſtãtia numero, magnitudine. vt aũt in quibus demõſtrat breuiter colligã, magis neceſſaria hic ſubnectere libet. nec te moueat Galeni authoritas, nãæ & oculis credendũ eſt, nõ Galeno. atq; ob id Gale-nus non tam iuſte à Veſſalio dãnatur, q̃ negligentiam veſtrã reprehendo ô medici. Hæc igit̃ ſic ſe habent, quæ vel à Galeno ſunt prætermiſſa, vel in quibus homo à re liquis differt animalibus. in iuncturis oĩbus cartilagi-nem quãdam habet, cui ligamenta inhærent, aliã longe ab ea quæ oſſi obducit̃. in vtero cornua nulla ſunt ve-rè, ſed quædã prominentiæ tantũ à lateribus exuberan tes, quæ vaſa excipiunt ſeminaria. cum tñ hæc in bobus ſeu vaccis appareant. nullus ẽt eſt lobus in pulmone qui cauę ſubiaceat, cũ quatuor tãtum habeat: in canibus tñ adeſt. nec vllum monoculũ effatu dignũ, ſed veſtigium tantũ, exile breueq́;, ac inane: cũ in ſuibus magnũ ſit ac plerũq; plenum. inuolucrum ẽt cordis dextro latere & mucrone ipſo ſepto trãſuerſo adnaſcit̃: cum in canibus non parũ alterum ab altero diſtet. Iecur etiã canibus & ſuibus diuiſum in lobos homini nequaq̃, ſed tãtum in ambitu paululũ excauatur. in vertebris ſeptẽ habet pro-ceſſus, cum ſimia nouẽ: caret enim homo his, qui deor-ſum inflectunt̃ duobus poſtremis: cum duos tantũ tales

habe

habeat,ſimia quatuor. Ventriculus ē finiſtra elatior eſt q̄ dextra cum illis ſeptum attingat dextra iecur. & magis ſiniſtra poſterius exporrigit̄,ac cauitatem ibi habet. vnde debilibus ibi concutit̄ dum obequitant.at de pyloro qđ in ſuprema illius parte ſit, quodq́; glādes duas carneas habeat iā diximus alias. in omentum quoqȝ venæ deductæ oēs ex porta,ex caua nulla defertur.cum tñ oppoſitum Galenus cenſuerit.atq; ideo nec ex ſanguine cauę vētriculi fundus nutritur, cum nullū ex ea truncū is ſuſcipiat.Sed nec vētriculi os ſeu gula ſeu ſtomachus ſeptum trāſuerſum cū arteria magna vno & eodē loco terebrat.ſed qua pforat ſtomachus illud, pars abſcedit ad anteriora. nō obſcuro interuallo.ſub cutis vero pinguedine ſup ventris octo muſculos membrana carnea coextendit̄: quæ non ex muſculoꝝ cōtexitur fibris cum cōmunis ſit uniuerſo corpori. hanc Mirach Arabes uocant. quādoqȝ ea uoce oia quæ illi ſuperimponūtur cū muſculis intelligētes. Nexum uerū illum mirabilē in cerebro bonū inuentum,neutiq̄ȝ eſt in hoie conſpicere.rē adeò famoſam.aberrat etiā Galenus in motu capitis ad latera ſuper vertebrā atlanticam: cum vel momento ab illa nequeat abſcedere. Sed neqȝ bene ſentit cū per olfactus inſtrumenta, pituitā excerni putat.nam & ſi vtrūqȝ à cornibus ventriculoꝝ inferioribus originē ducat,loco tñ abunde differūt. neqȝ etiā anteriores à poſtremis diſtinguuntur ac medijs,ſed vtrinqȝ vnus ab anteriore parte ad poſteriorem extenditur. Quot vero in neruis differentiæ? quot in muſculis? quot in oſſibus? lōgum nimis ſit præcipue quæ ad interna membra pertinent,ſi cuncta dicere voluero.ſed nō eſt hoc pręſentis inſtituti in ſexto enim libro contradicentium medicoꝝ hæc docuimus,atqȝ alia oia quæ ad diſſectionem pertinent.

¶ Nunc vero ſatis ſit monuiſſe debere medicos ſingulis annis corpora hominum diſſecare,qui ex morbo in

xenobijs mortem oppetunt. nec in illis cum difficulter hoc fiat, abſolutā totius quærere diſſectionē, ſed mēbri proprie qđ morbo affectum credit̃. in laterali morbo pectoris: in coli dolore inteſtinorum: in phthoe tabeq́; pulmonū. duo enim potius ſunt quàm vnus, nā & hoc addendum in narratione ipſa fuerat. in febribus cordis ac iecoris. in attonito morbo cerebrum cum corde. in aſclite renes omentū iecur peritoneon. nāq; alia ſunt vt principia alia aūt ex morbo oblęduntur. in arquato fel & ſima ſeu caua iecoris. in mala concoctione vermiculus. at in doloribus ſatis manifeſta eſt ratio dicēte Hippocrate, quòd vbi dolor ibi eſt morbus.

## Quòd laſerpitii ſuccum ignorant: præcipuis uero carent auxiliis. Cap. 90.

NONAGESIMVS abuſus eſt cum laſerpitiū ignorāt ſuccūq; eius. hic ab alijs ſuccus Cyrenaicus vocat̃. iam vero ſæpe dixi me vnius tantū pro exemplo ſolere mentionem facere: cum alia innumera ſimili lapſu reprehendere velim. igitur opos cyrenaicus qui & 
lib. 3. ca, 8 ſ laſer: à Dioſcoride his notis deſcribit̃. odorem myrrhę habet, color quaſi ſubrufus, optimusq; qui tranſlucidus. nota vero plantæ eſt qđ, caulis ferulæ, folia apij, ſe-
libr. 6. ca. 18 de cauſis plātarū. & lib. 7. de hiſto. c. 2. et lib. p̄ ca. 11, & lib. 6. ca. 3 & lib. 9. ca. p̄ & 6. de cāis 6 1 7. caap 3 de hiſtor. lib. ēt eodē ca. 6 de cauſis plāta. cap. 5. men latū. Theophraſtus vero aſſerit folium ſuaue, fructum vero illius & mollē & acrem, ſemen aūt vt atriplicis foliatū latumq́;. radix eius ad magnitudinem cubiti aſcendit. extuberatq́; ſuprema parte: totaq; vis huius in radice fermè eſt. manditur aūt recens reciſa radix ex aceto. colos aūt folij aureus ē. ſuccus acris, excipit̃ aūt ſic. radices incidūtur ac ſoli exponuntur: nā qui defluit liquor ſiccatur à feruore ſolis: cum farina excipitur quatiturq́; ac ſic ſeruatur. excipitur & ex caule alius nō adeo probatus. nihil aūt antiquis adeo familiare ac in vſu. & merito vt docebimus Silphium plantā eius Græci vo-

ſabant. inquit aũt in.4.libro cyrenenſis regio plurimũ affert laſerpitiũ odoreq́; ſuauiſſimum. refert vero inter odorantes plantas illud. nec pigebit referre quãq́; obiter quæ ille ſcripſerit de eius ortu miraculo ſimilia. refert enim in Africa imbre craſſo ac piceo,ſyluã enatam laſerpitii ante Cyrenẽ conditam annis ſeptẽ. iucundum in cibis odore ſuo eius ſuccum eſſe refert,nõ ſolũ Theophraſtus ſed & Plinius.Quin & qui ſcripſit de honeſta voluptate quãuis iunior illud miſcet oibus eduliis quę odore vult nobis commendare.tanta vero illi vis ineſt Dioſcoride authore vt in ore cõtentus ſuccus toto corpore,breui quandã ſudoris imaginẽ effundat quo fit vt minime obſcurę aut mediocres illius vires eſſe poſſint. Cæterũ præter id qđ pecora perſanat ⁊ expurgat,iucundumq́; carnium illa℞ odorem efficit:ad hominis vſum ſeptem prębet auxilia præſtantiſſima.Primum quidẽ ꝙ à Theophraſto enarratur,concoquẽdi:atq; in hoc præ tereo quãta medicamento℞ inopia laboremus:hoc aũt ſingulare ẽt eſt. nunc aũt de vera concoctione ſermonẽ habeo,non aũt de præparatione.inde in morbis præcipue frigidis & in ſanis vtilis,innatũ enim calorẽ fouet. Inde præcipua ei ſecũda laus,nã cibos iucundos odore efficit ac guſtu:alioquin toti corpori ſalutaris. Tum vero & tertia illi gratia eſt in repellendis venenis vt Dioſcorides enarrat. quo nil põt eſſe vtilius in quotidiano præſertim vſu. nõ ſolum aũt in his cauſis confert ſed & in extremis venenis vt canis rabidi morſu:itemq́; ſpontaneis carbunculis anthracibusq́;.Quartũ vſum in pectoris,collumellęq́; vitijs affert:quibus quiſq; fermè laborat.atq; eo ego ſæpe vtor:vocem aũt lenit totiq́; parti quæ ſpiritũ continet non leuẽ præbet vtilitatem.Cõmẽdatur & quinto in omnibus cutis affectibus qui colorem vitiant nec ſolum in his ſed etiã clarius, cancrenis,ac verrucis;omnibusq́; quę vitio frigidioris humo

rıs externas partes affligunt. Sexta laus eſt in febriũ rigo ribus: ac conuulſis rigentibusq;. Vltima eſt in dentium doloribus ac etiã eroſionibus. habet & præter hæc alia plura, ſed nõ adeo præcipua vt qđ arquatos curet: ac colorem optimum efficiat, vt pro fuco mulieribus cõſtet. tanta vis vni rei eſt quã nec à pluribus expeteremus. & tñ cum nihil conſimile habeat, notiſſima excidit res in morbis ſalutaris, vſu iucunda, ſanis vtilis. Quid igitur in alijs ſperandũ eſt? Haud dubium eſt nũc Belzoi vocari ſuccum Cyrenaicũ. nunc ſolis pigmẽtarijs in vſu eſt, plantã qui ex India veniunt eiſdẽ notis efferunt, quibus ſilphium deſcriptũ eſt. idem odor, idem ſapor, idẽ vſus, ad eadẽ enim præſtat, ad quæ ille antiquorum. habet & quædam propria, quorum haud intereſt meminiſſe, cũ nec authoritate cõſtent, nec retuliſſe ex vſu fuerit. Simili incuria negligunt oĩa medicamenta morbis propria: atq; ſi habẽt, talia habent quę melius ſit nõ habere. vbi enim titimali vſus in aſclite? vbi theriaca vera, pluribus morbis ac validis ſimul ꝓpria? Quis audet elleboro atrã purgare bilem? ſed purgant imo exagitant. vbi ad ventriculum humidũ chæreſolium qđ mihi præſenti anno cõmodum inueni. ad deiectionẽ appetentię cibi menta, ad imbecillitatẽ vero abſinthiu. vbi parietariæ vſus ad lapidẽ niſi exterius cõterendũ? vbi bubonion ſeu inguinalis herba ad tumores? vbi auxiliũ concoquens? nam quæ habent præparãt haud concoquunt. vix vnum habent ſalutare, ac præcipuum auxilium, in gallica lue. At nos his cõtradixiſſe alias videmur: ſed in his quæ expurgant tantũ cum emendata nõ ſunt. Sed huic etiã è directo iam repugnauimus. nõ hercle, nã non omnia oibus miſceri debent, nunq; tñ ſimplicia optima ſunt. quę etiã non purgant raro noxa carent ob id tutius alijs emendãtur at propria tñ non ignoraſſe expediet. ſic ex vitio vitium orit̃, cum rõnem exercitationis ignoramus. eſſe

Abuſu. 13. & libro ꝓprio.

abuſu. 88.

autē propria vniuſcuiuſq; morbi auxilia iam oſtenſum eſt, atq; efficaciſſima, de qbus Galenus ſcripturū ſe librū pollicet. ſed nō quæ ab antiquis tradita ſunt ſolū oportet inſpicere, verū quę experimento rńdent. Tantū vero tribuerunt veteres experientiæ, vt etiam amuleta inter ſtrenua auxilia collocarint. ſic Iaſpidem viridem Galenus in ventriculi affectibus, Alexāder & Aetius in alijs alia atq; alia permulta ſcripſere.

¶ Optimum igitur eſt poſt lenitiones præparationes coctiones purgationes ac talia præcipuū in vnoquoq; morbi genere habere auxiliū: vt de podagra & phthoe diximus.

## Quòd loco ſectionis ac cauterii eſcharoticis empl'is utuntur. Cap. 91.

NONAGESIMVS PRIMVS abuſus eſt cū in ſectionib⁹ ac cauterijs adminiſtrādis ob ignorantiam muſculorū venarum ac arteriarū eſcharoticis medicamētis (potentialia vocant illi cauteria, vel ruptoria) adminiſtrāt. peccant aūt multis modis primo quia diutius hominē torquent augentes febrē ⁊ vigilias, vnde quādoq; in hecticā hac ex cauſa tranſeunt. interim ēt aliqñ ſanies intra penetrat, fitq; morbus inſanabilis: nā operatio hæc nō niſi tarde perficitur. vt aliqñ etiam diē quartum aut quintū attingat. hoc aūt dicebat Albucaſis, horū tarditatem incuſans. tertium incōmodum eſt qđ loco ſalutaris impreſſionis quæ ab igne fit, venenoſa qualitas iniungit. fiunt enim hæc medicamenta aliqñ ex cantharidibus: quāq; leniora ſint quā vt profundius penetrent. quandoq; vero ex calce ac capitello. fiunt & ex præcipitato: eſt aūt hoc genus argenti viui iam igne extincti, inde æreo vaſe tādiu confricato donec rubeſcat. omnia aūt hæc venena ſunt. dicebat autē Princeps iuu[illegible]méta cauterij quatuor ſunt prohibere vlcus ne ſer- quarta primi cap. 29.

pat,ſanguinē conſtringere,mām corruptā finire & frigidam malā qualitatem tollere. quāq; & in calida nō parum iuuet ſi Albucaſi credimus.horum nullū ineſt auxilio℞ eſcharotico medicamēto. ideo dicebat bene Gentilis ibi exponens,q̄ quando Auicēna dixerat melius eſt vt cum medicamento tollatur caro corrupta quàm cū ferro in malis vlceribus ob periculū muſculo℞ ne lędātur vel ob arterias aut venas:intelligendū eſſe hoc comparando eſcharotica ſolū inciſioni non aūt cauterio ex igne.Paulus in libro ſexto innumeras cōmemorat operationes quæ vel igne aut ferro adminiſtrātur.paucula in ſeptimo emplaſtra ad rumpendum abſceſſus vt ex fermēto,& ſmilion q̄ robuſtiſſimū ex eo genere eſt. adde quòd mēbra aliqua omnino id genus medicamēti non ſuſtinēt. vt de oculis dicebat quāq; adhibeat palpebris. ſunt & genera morbo℞ quæ eſcharotica abhorrent:irritantur enim nō parum vt carcinoma ideo cauterio curabat Paulus.Sed obijciunt ætatem ac ſexum:tum vero ꝙ cruſta ipſa ex medicamento diutius inhæret, quàm ſi igne obducatur, tum ꝙ vbi incerta eſt meta magnitudinis abſceſſus, tutius negotium medicamēto quàm igne peragiẗ, tum etiam q̄ in canceroſis vlceribus vbi carcinoma exquiſitum non eſt,ferrum non tuto agit:cauterium autem ſanas etiā partes afficit. indicio eſſe emplaſtra excogitata,alias nullius futuri vſus.

quarta primi cap.27.

lib.6:cap.9. cap.45.

¶Sed hæc parū ad rem,nam q̄ ad ætatem ⁊ ſexum pertinet occulte plerūq; peragitur:celeriuſq; abſoluiẗ dolore, q̄ metuere diſcat. at vero cauteria hæc quæ adeo in vſu ſunt aliis in cruribus aliis autē in brachiis nunc, antiquo tempore vix ea nota fuiſſe exiſtimo. & ſignum huius etiā eſt quod Rinaldus in ſuis parabolis & Nicolaus Florētinus qui diffuſius hanc tractarunt mām,nullius antiquorum meminerint, qui dixerit locū eum qui cauterio ſit vexatus,apertum tenendum eſſe:permit…

libr.7. ſum. cap.19.

dumq; vt ſanies fluat.nihil tamẽ crebrius his tẽporibus conſpicere licet, q̃ ramicoſos hos miſeros monachos ob clamorẽ aſſiduum, & cauteriis perpetuis obligatos ob medicoꝝ imperitiã. Philoſophus in problematibus inquit quæ ſub alis & iuxta inguina erumpunt in abſceſſus, medicamento rũpenda ſunt: qui aũt lati ſunt abſceſſus alibi, igne, acuti ferro. cenſet ſub alis ꝛ iuxta inguina periculum ex ferro accedere, cauterium autem ꝛ ſectionem ex ære fieri conſulit potius quàm ex ferro, quòd celerius ſaneſcant, quæ vruntur pertunduntur'ue. par. prima ꝓblem. 34. & 36. & 35.

¶ Dixerim igitur in carcinomate ac talibus quæ acuto cõſtant humore, explodendũ eſſe vſum eſcharoticoꝝ. in oĩbus ẽt nondum vlceratis locis opus eſſe ferro vel ære igne' ue. tũ etiam in mẽbris nobilibus: in fiſtulis quoq; ſeu malignis ac difficulter ſanabilib⁹ ſimilibus. in oĩbus etiã febrientibus, in oĩbus debilibus, in omnibus macilentis, in his quibus opus eſt celeritate, in locis propinquis mẽbris principalibus, ſeu vbi fluxus humoꝝ timeatur, ignis aut æris vſus eſt neceſſarius: emplaſtrũ autem fugiẽdum. memini vidiſſe nobilẽ virum qui cum nihil mali pateretur, dum ædema curare nituntur ob inſcitiã emplaſtro eſcharotico in incurabilẽ ſinum egregios noſtros huius temporis medicos chirurgos ac etiam phyſicos cõmuni ſententia traduxiſſe.

## Quòd ſæpius in febrium fine balnea prætermittunt. Cap. 92.

NONAGESIMVS SECVNDVS abuſus eſt cum balnea in febriũ fine prętermittũt. videntur autẽ non minus peccare ex hoc præpoſtero ordine, quàm cũ adhibent ante coctionẽ vt ſuperius diximus. abuſu. 5 ꝫ. eſt aũt febris propriũ tria facere mẽbra ad ſiccam & calidam intemperiẽ traducere: corpus arefacere: & cutim condenſare, cum ob ſiccitatẽ cutis trahat immodice, at

vero balneũ hæc omnia appoſitiſſime ſoluit. nã cutim rarefacit: humectat corpus, atq; ĩfrigidat, & impinguat. febribus ephemeris conuenire ob hæc creditur, cóuenit & hecticis. verũ in putridis neceſſario ſpirituũ inflãmatio ac diurnæ febris modus quidã neceſſario copulaẽ. de quo haud ſine cauſa mihi in libro contradictoris diſcendú fuit. nunc hercle ſatis erit ſi oſtenderimus id eſſe ex antiquorũ omnium ſnĩa qđ ab omnibus negligitur.
cap.3. ¶ Igiẽ in decimo artis curatiuę, dum ad curã eius laborãtis vocatus eſſet qui ex inedia fermè perierat: die.14. eum lauit: ac rurſus.16. ſed & hoc ſtante ẽt febre, inquit enim cũ diei.13. acceſſionẽ facile tolerare vidiſſem. at ne in diaria febre vna lauatione contenti erimus aut expe-
cap.2. ctabimus ſolutionẽ? cum ter lauaret octauo artis curatiuæ iuuenẽ in die. & rurſus ſub fine inquit: iã & alium ſic curauimus mirantẽ quomodo frictione, & vnica lauatione multoꝝ dierum inæqualitatẽ diſſoluerimus. ac
cap.3. rurſus: nó ſemel aut bis meminiſſe aut ter, verum ſæpius quàm poſſumus: in primo ſtatim die ad veſperã eos qui diaria febre laborarũt, tum magis in ſecundo ac etiã in tertio lauaſſe ægros. at vero in putridis, vt ad rem dubiam illis, non exploratã quorũdam more traducã ſermonẽ, iam mihi eſt inſiſtẽdum: nemo enim tã abſurdus eſt medicus ſeu Arabs ſeu Græcus ſeu etiã Latinus, qui ephemeras balneo nó curet: quãquam & illud hi noſtri Aeſculapii negligant: vt omni conatu quantum in illis eſt, cõſilio ex paruis magnos, inde errore ex illis rurſus morbos letales reddãt. Galenus igiẽ (poſtq̃; niſi Galenũ hi ſciunt, nulliq; alii credunt, quin ẽt Galeniſtas ſe vltro
cap.4. vocãt, habeantq;) in nono artis curatiuæ cum iuuenem ſanguinea laborantẽ febre, ſectione venæ vſq; ad animi defectionẽ curaſſet, etiam ſudore ſuperueniente, in tertio nihilo minus hominem lauit ab eo cóputando, quo ſanguinem detraxerat.

¶ At quid opus eſt tot exẽplis ex decimo eiuſdem ſnĩa totius rei colligat. inquit enim rationabilius fuerit nec in principio febrium aut incremento homines lauiſſe. Quippe tunc denſata ac coarctata non ſolum eſt cutis, ſed etiã quæ ſub illa eſt caro. At in febris inclinatione, vel incipiente vel procedente vel ẽt amplius progreſſa, & nos ſæpe, & alii quidã medici multis ægris balneum adhibentes, non parum frequenter cõtulimus. inde poſt pauca ſubiicit. Itaq; ex omnibus quæ de balneis retulimus, vna ſumma colligitur. euacuari per ipſum ſi quidẽ quicquid in corpore fumidũ aut fuliginoſum fuerit. cõ ſiſtuntq; per ipſum in nãli ſymmetria tũ caro ipſa, tum cutis, ſolidarumq; partiũ ariditas corrigit. & calor ille nõ modo qui ex lauacro acceſſit, ſed etiam qui prius affuerat ex frigidæ lauatione ſummouetur. cap.10

¶ At ne aliquid cõmemorem in hecticis? vbi ſi quid eſt præſidii relictũ, in hoc vno vel ſolum conſiſtit auxilio. Sed rurſus ad putridas febres orationem ipſam deflectamus: hic idẽ in. II. libro inquit: itaq; eos cũ fiducia lauamus in balneo, aut medicamẽtis raram cutẽ facientibus vtimur, aut vinũ vel aquam frigidã damus vbi concoctorum humorũ ſigna apparuerint. Aetius etiã libro. 5. dum de cura agit putridarũ in generali per res nõ naturales, balneum, concoctione apparente in oibus conuenire exiſtimat febribus. idem in ſequẽtibus etiã conſulit dum peculiariter de ardẽtibus tractat. Quinimo & frigidæ vſum qñq; in his ſuadet. Nunc aũt non eſt præſentis inſtituti ea cõmemorare quæ aliorũ errore poſſent nobis imputari. Idem Paulus dum putridarũ febrium curam edocet: oẽs concoctã iam mãm repoſcunt. Idẽ Alexander quãuis ſolus ex Græcis mãm haud concoctam etiã lentam, aut craſſam expurgare cõſulat: ſi modo moleſte, contra omniũ aliorũ ſniam. nobiſcum tñ & in tempore & in modo, hac vna in re conſentit. Et Princeps in

cap.9 cap.76 cap.78 lib. 2. ca.18 lib. 5. cap.44 in fine.

t.2.cap.58. prima quarti ſui libri frequẽter exhibet vt in cura Cau-
&.42. ſonidis & tertianæ puræ. Hoc autẽ non eſt oĩno in quo
diſputamus quãuis eius verba generalẽ balnei in febri-
cap.16. bus vtilitatem declarent. Hali ẽt libro.3.cum tradidiſſet
curã febris continuæ inquit poſtq̃ reliquerit eũ febris,
vtatur regimine cõualeſcentiũ iam ſupra dicto. dixerat
ca.25. aũt hoc in primo libro cũ inquit: & vtantur calefactio-
ne in media balnei domo cum aqua dulci temperata.
cap.10. folio Raſis ẽt in.18.continentiũ tum Galeni authoritate tum
385.col.4. ſua inquit, conualeſcens cum debilis fuerit balneo cibis
&.387.col. ac vino fouẽdus eſt. refert aũt hoc quibuſdã in locis ex
3. artis curatiuę libris, tum vero melius ex arte medicina-
lib.3.ca.vlt. li in fine vbi Galenus enumerãs ea per quæ reficiť, con-
cap.6. ualeſcens balnea cõnumerat. atq; ſi ea ad generalem vi-
rium recuperationẽ cõmendantur ex quocunq; morbo
debilitatis, quid in febribus vbi vel maxima pars curæ
hoc auxilio, vel etiã tota cura pficiť. Cornelius quoq;
Celſus libro.3.inquit dum de febriũ curatione in gñali
ageret. Vtile eſt ẽt in balneũ ducere: prius demittere in
ſoliũ: poſt vngere: iterũq; ad ſoliũ redire: multaq; aqua
fouere inguina. Dies me deficiat ſi oẽs in mediũ adduce
re voluero. Sed reclamabunt protinus in ſequendã con
ſuetudinẽ. olim fuiſſe pauperibus ac diuitibus ex æquo
balnea in vſu. nunc vero ſolis Germaniæ populis: atq;
his qui lupanar frequẽtant. indicio eſt q in Italia Ther-
mę iuxta id ſunt. at non mehercle videnť Hippocratem
3.textu &cõ aut Galenũ vidiſſe, qui libro de victus regimine inquit:
men.44. quãuis balnei vſus paucis cõſuetus ſit, nihil minus ęgro
tantes ad ipſum deducendi ſunt q̃ fieri põt cõmodiſſi-
me. at non ſolũ in febribus ſed ẽt in peripneumonijs cæ
tex.& ca.58 teriſq; morbis phlegmonẽ habentibus cõuenire ibi do
cet. nec nõ qualiter & qũo concocta ſi quidem materia,
nã in ardenti febre vbi ſola bilis abũdat, nõ viſcida, nec
craſſa, nec cũ phlegmone iuncta, ẽt ante coctionẽ cõue-

ſiit.ſed hoc periculoſum.docet inquã & Galenus nõ ſo- lum balneũ ſed & olere inunctionẽ tepidioris à balneo cõuenire,eiſdem quibus etiam ipſa lauatio cauſis. ex.& ci.vki cap.62.

¶ Quãobrem hæc vna ſit regula. in oibus ephemeris ac hecticis balneũ ſemper conuenit.quod aũt de balneo dico,idem de olei inunctione conſulo. in putridis autẽ in quibus neq; phlegmon, nec humor adeſt craſſus,aut glutinoſus,aut obſtructio aut nimia repletio fueritq; ar dens febris,balneũ etiam cõuenit ante coctionẽ.in cæte ris ſi materia peccãs fuerit calida concocta materia ma nente etiã febre,ſeu phlegmone adſit ſeu non adhuc cõ- uenit. & rurſus in omnibus vere conualeſcẽtibus ſeu ex febre ab humore calido ſeu frigido ſeu ẽt cum phlegmo ne ſeu etiam à morbo non febrili.

## Quòd in capitis & ſuperiorum membrorum percuſſionibus ac uulneribus non pur gant ualidis medicamentis. Cap.93.

NONAGESIMVS TERTIVS abuſus eſt, cum in capitis ac ſuperiorũ partium vulneribus ac percuſſionibus inualidis purgãt medicamentis homi nem.beatã caſſiam exhibẽtes. Cur ego non illos grãdes medicos non accuſem? ad oẽ genus erroris armatos vt ægros perimãt.erat ſpes in febribus ſaltẽ quas quotidie tractãt eos aliqd ſcire.ſed quot modis, quãq; pernicio- ſe in illis aberrent iã in p̃cedentibus oſtẽdi. vt ſi vel cõ- ſulto vellẽt delinquere,vix hãc attingerent metã.quãq; nõ pauci conſulto aberrẽt,vt morbos in diuitibus,p̃tra ſtinent.inde tranſit conſiliũ in vſum ac nãm.Dum vero rariora tractãt nihil oino norunt. appello aũt rara ver tiginẽ,attonitum morbũ,ſybillũ, vulnera ac phlegmo- nes,hydropẽ,vrinæ fluxũ quem frigidis ad perniciẽ cu- rant,alioquin facile ceſſurũ medicamẽtis. ſemel eni Dia betes in Italia à Matt̃ho Ferrario pro miraculo viſa ẽ,

bis à Galeno in calidioribus ét regionibus, cũ frequẽtiſſimus ſit vrinæ fluxus ille morbus acutus ac pniciosus, hic leuis & diuturnus.ſed cũ de hoc alias dixerim ad rẽ ab initio ꝓpoſitam reuertor.periculũ eſt in vulneribus his ne phlegmone exciteť:atq; id maximũ igiť diuertemus mãm quæ id facere pót ac expurgabimus.videť aũt vna ró hæc atq; turgẽtis mãæ in qua.2.regim.acut.pur
tex.10. gat Hippoc. cũ phlegmonẽ minať. nec video ſalutarius auxiliũ at cucurbitulas apponunt nó expurgato corpe non ſolũ in his,ſed incipiẽtibus qbuſlibet morbis angina,animi deliquio,pcuſſionibus,terroribus, capitis do
cap.3. lore,cũ hoc ꝓhibeat Gal.in libello huic tractationi dicato.vnde ſubijcit vbi magis cõuenire videbať,in cerebri phlegmone fluẽte mã non cõuenire niſi prius expurgato corpore,ſedataq; fluxione.igiť huius erroris cã eſt ex alio trãſitus cũ ſoleant tonſores in vulneribus adhibere,cũ ex errore in errorẽ migrent.ſed denuo ad rẽ reuertar,ṕdixi enim futurũ vt rẽ aggrediar infinitã,ſi ſingula in qbus grauiſſime peccãt medici,per capita tractare voluero.in genere igitur mihi dicendũ eſt,vt pauciſſimis veritatis amatoribus,cuius ego ptinaci defenſione totius fermè periclitatus ſum, totq; gratuito ſuſcepi inimicitias,ſatiſfaciã.ſed me huius ꝓpoſiti haud piget, nec ſolũ in ipſa ſummã capio voluptatẽ, ſed ét in ſenſu hui⁹ ptinaciſſimæ volũtatis. Ergo ꝙ in vulneribus hic medicamẽto valido vtendũ ſit rõne ipſa oſtendi. ſcio quã multa hic atq; alibi obijci poſſint tũ in aliis:ſed iã ſæpius illos,ad libros cõtradicentium medicoꝝ reieci. neq; enim in tam abſoluto ac breui quale hoc eſt opere,talia poſſunt declarari. Quãobrẽ ad authoritates me cõuertam.non eni ignoro,nó turgere hic mãm dicturos,imo turget cũ præ dolore ad vulneris locũ raptim deferať. nec coctio vlla expectãda cũ febris non adſit.nec ṕparatio mãæ,cũ alioquin corpus ductum ſanũ eſſet.nec mo

tus ille medicaméti, agitare illá merito dici pót cum iá abſq; eo illa in motu ſit. ac rurſus ad cótrariú eius loc ad qué cum periculo deferť, reuellat & euacuet. Aetius náq; libro. 14. docet in vulneribus neruoꝝ ſi corpus ſit plenú prauis humoribus medicaméto vtendum eſſe. Et hoc intellexit Princeps, cú dixit de genu loqués: & vt feſtines in illius apoſtematibus, vulneribus, ac vlceribus, cú ſectione venæ & purgatione. Sed quid clarius Hippocratis ſnia ex libro de vlceribus. 4. de morbis curandis ſcripta? inquit enim. Purgatio p aluum plurimis vlceꝝ prodeſt. præterea vulneribus quę in capite ſunt accepta. ité quæ in ventre ⁊ articulis. ad hæc his qbus oſſi caries impédet. præterea quæ ſuuntur, ⁊ quæ exedunť, ⁊ herpetibus, & reliquis q̃ vlcera diuturna reddunt. ét quæcúq; deligáda ſunt per aluú purganda ſunt. in oi ét vlcere cui eryſipelas ſupuenit, purgari oportet corpus, qua parte vlceri maxime códucit: ſeu per ſupna ſeu per inferna cóueniat. igiť cum morbus magnus tribus modis euadat. potiſſime aút vulnus inquit Gal. ſeu ob mébri lęſi nobilitaté vt cum in pectore capite ventreq; acceptú eſt: ſeu ob prauá loci códitioné, vt in cubito genu capitibusq; muſculoꝝ: ſeu ob magnitudiné affectus, vt cú ſutura vel ligatura indiget in his oibus purgatione corpus indiget. Quòd aút per purgationem non intelligat lenitionem, ſed validá humorum deiectioné apparet, cuicúq; qui citra affectú Hippoc. requirat conſuetudiné ac verba. ná neq; mediocribus purgare ſolebat nec leuibus. in eryſipelate etiá optime purgari debere corpus docet.

Cap. 17. | quarta primi trac. 3. ca. 5. | cap. 6.

## Quòd in pectoris morbis conantur medicamenta expurgantia exhibere. Cap. 94.

NONAGESIMVS QVARTVS abuſus eſt cú in pectoris morbis mám expurgare conantur, adeo mala quædá illis ét fortuna aut genius quidá

Infeſtus exagitat:cū vbi debent nō agunt: vbi nō conue nit agere conātur.dictū eſt aūt de hoc in primo contra dicentiū medicorꝫ,dum de agarici virtute tractaremus. illud ſolū nunc nos decet adijcere Galenū in.7.de cōpo ſitione medicamentorꝫ nullum tale ſcripſiſſe ſed omnia eiuſcemodi medicamenta ad tria traducit genera:lenia, acria & media. verū quiſq; forſan nec immerito dubita bit,quonā pacto catapotia ad ſanguinis reiectionē gra tia exēpli ex charixeno cōferre poterunt, ſi nihil eouſq; deſcendit.rñdeo vim illorꝫ, nā nunc eccligmata præter mitto,per venas deferri in pulmonē.dico aūt ramos ve næ arterialis quę ſanguinē defert ex corde, ac arterię ve nalis.ergo ſi in aſperā vitium incidat,parum neceſſario hæc prodeſſe manifeſtū eſt.rurſus q: ex pulmone in cor vnus tantū eſt aditus,ex corde in pulmonē geminus, li cet longe facilius medicamēta ad pulmonem trāſferre, quam in cor ex pulmone mām delinquentē.at vero vbi ēt traducta ſit, neceſſariū eſt vt in ſiniſtrū cordis ventri culū penetret ꝑ illius ſubſtantiā,q: caua nō excipitur:at in medicamētis nō neceſſarium eſt vt hoc fiat:ſed venæ arteriali via lata patet.accedit qđ vbi ēt pus penetraue rit in renes deflectitur per magnā arteriam,nō ad iecur. his quatuor cauſis medicamēti vis per iecur ad pulmo nem facilius accedit, quàm ex pulmone ad iecur ſanies. quibus quinta addatur, hic opus eſſe ſola virtute, illic autem etiam ſubſtantia ipſa quæ expurganda eſt.

cap. 8.

cap. 17.

## Quòd potū inter cibos adminiſtrāt. Cap.95.

NONAGESIMVS QVINTVS error in inſtitutione eſt cōſuetudinis.plures cū ſint vnius ſolū meminiſſe decet:nam reliquas innumeras ſic intro duxerunt: vt cū relinquas in ęgritudinē incidas,cū am plecteris vix cū illa bene habeas.etenim cum vera ratio oſtendat & antiquorꝫ authoritas primo cibū totum eſſę

ſumendũ, vltimo aũt bibendum, cũ cibus concoctus iã è ventriculo defertur: quidã medici obliti diuturnæ cõſuetudinis iſtud pręceptum ſeruare conati, mortui ſunt, alioquin validi exiſtentes. igiť peſſimũ eſt conſuetudinẽ ꝓmutare: optimũ melioribus aſſueſcere: prauis vero mediocre. ſed ꝙ diximus iã exequamur. Galenus igiť. 7. artis curati. hæc habet: Sed enim ſi quo athletæ vſu tenentur cõualeſcentes inſtituerimus bonum erit. ſcilicet vt à cœna nõ bibant anteq̃ cibus concoctus fuerit. nã ſi biberint innatant cibi, cũ ventriculus ob interpoſitũ humorẽ illos non cõtingat. verũ ſi ſitiant, tm̃ indulgendũ quantũ ad ſitis moleſtiam leuandã ſufficit. poſtea vero quàm concoxerint, abũde bibere ſinanť. nã celerrime ſi ita faciant, cibus ipſe ꝑ corpus diſtribuitur. Conciliator exiſtimat primo eos ſumpſiſſe liquidiores cibos qui ſic inſtituunť: ſed hoc haud verũ eſt. imo de his loquiť qui iã ſolidioribus vtunť, reliqueruntq́; lac, iura, ptiſanam. aliter cõſilium in ſolos cõualeſcentes contorquet. at id minime cõuenit: cum ſ iã athletas: & generalẽ vtilitatem addat huic pręcepto. habemus & alioꝝ placita, qui cum his cõſentiunt. nam Raſis. 4. ad Almanſorem: nõ bibat aquã ieiunus nec ſuꝑ menſam, ſed poſtq̃ ſuperiora alleuiata fuerint, tunc affatim bibat de aqua vel vino. eandẽ ſniam fermè habet Princeps & Haliabbas. Scio Celſum Romanã narraſſe conſuetudinẽ, vt non ſolũ potum inter cibũ ſumerẽt, ſed ⁊ frigidæ potu clauderẽt. itaq; hoc nõ minus, q̃ vt pueros ante ſeptimũ annum lr̃is tradãt nocet. nec Conciliator recte ſentit qui ſcopos inſtituendæ ſimul ac ſeruandæ conſuetudinis miſcuit.

ca. 6. añ finẽ

dĩa. 118.

cap. 5.

Tertia primi doc. 2. ca. 8. poſt prio. ꝓ practice capi. 7. libr. 1 cap. 2. in fine.

¶ Ergo infans vt ablactari cœperit ſumat ex iurib' mollia cõfecta pulmẽta: ouorumq́; vitella, abſtineatq́; à carnibus. poſt ſenſim ad duriora traducať: cumq́; his aſſueuerit, ab hora, concoctionis aquã ſumat. ſeptenisq́; magiſtro leniſſimo ad literarum ſtudia primum tradatur

lib.p.cap 4 lib.4.ca. 9 iuxta Pauli atq; Aetij ſententiam.

## Quòd ptiſanæ uſum prætermiſerunt tum maxime ſm propriam rõnem. Cap. 96.

NONAGESIMVS SEXTVS error eſt in q̃ ptiſanæ vſum pretermiſſum docemus. inclyti enĩ medici de minimis quibuſcũq; ad ipſos non pertinẽtibus ſoliciti, hanc tantã rem obliuioni tradũt. ſufficiant aũt laudes, à Galeno huic tractationi dicato in libello deſcriptæ. eſt enĩ humida, frigida, lenis, detergens, facilis concoctionis, boni alimẽti, tũ mediocris in nutriendo, ſubtilis, nõ turbans, non flatuoſa, iucunda. His vndecim cõditionibus alijs preſtat edulijs. porro q ex his ſequuntur, vt qđ ſitim ſedet, quodq́; ventrẽ leniat, ſputa coadiuuet, corruptos humores mixtione emendet ſua, nolim hic enarrare, nã nimis longũ eſſet. peccatur igit̃ cum eã reliquerint. grauius peccãt qui illã ex hordei cõficiunt farina. nã vt prior facile concoquit̃ lenisq́; eſt, ac detergit: ſic hæc grauat, obſtruit, ſiſtit. atq; ob id ẽt flatum gignit, ac ſitim. ſolẽt enim q̃cunq; difficulter cõcoquunt̃, vt labores ſitim generare. at vero tertio errant, ſed minus his qui nec ex quo hordeo, aut qua ex aqua illa cõficiatur curant. ſed aquam eſſe putant, ſiue hoc ex grano aqua'ue, aut meliore cõponatur. ſimili incuria cũ quotidie p hæc duo trãſeant, panẽ decoctum exhibẽt. at præſtat lotum cõficere iuxta Galeni ſniam. at nec intelligẽt ſi eis modũ explicauero, nedum vt ſciant quid ſit panis lotus. memini autẽ me ſcripſiſſe toto decẽnio neminem mihi ex febre Mediolani perijſſe, at illud mirum magis, cum tãta horum inſcitia qui nunc eam artem exercent, ac dolis incuriaq́; quẽquam ſeruari.

p de alimen. cap. 5.

## Quòd in attoniti morbi cura ſeu apoplexię nõ uno modo peccant. Cap. 97.

Nonageſim

NONAGESIMVS SEPTIMVS abuſus eſt in morbi attoniti cura. qui adeo eſt multiplex vt me cogitantē fatiget. primo eqdē diuina Hali in ſua practica verba nō aiaduertūt. inqt ille, ſi facies rubea aut liuida vel viridis fuerit ac plena, ſanguinē ex remotis mitte. ſin aūt facies nō hmōi fuerit, ægrū dimitte nāq; ad horas vſq; 72. q̄ verba nec Cōciliator intelligit, nec alij curāt. nec ſi legant, tanta eſt huius ſeculi calamitas qd ſibi voluerit intelligēt. igit̃ in his nō agendo q̄ p̄cipiunt̃, in alijs q̄ non debēt agendo certa pnicies accerſit̃. Aetius & Paulus ſanguinē in oibus mittunt: nec interſe tñ cōueniunt magis p̄ceps ſtultiuſq; Pauli conſiliū, vt qui parū rationibus fideret. aberrat vterq; Galeni male itellecta ſnia, ſed hic locus nō eſt. recte dicebat equidē Princeps & ſcias qđ apoplexia, ac reſolutio neruoꝝ, cerebri vias claudunt, vt medicinæ nihil ex delinquēte mā educere queant. itaq; illud primo aiaduertere decet, cū longam narrationē in contradictore de hoc fecerimus, nā nulla magis in cura hærent aut diffident medici quā in hac, ſi morbus eſt oino letalis nihil agendū prorſus. eſt aūt letalis qui vel à febre, vel cū febre ſupuenit: ac lōge eo deterior q̄; in his qui vt mortui ſtatim ab initio iacent. Quòd ſi interceptā vim ſentiendi exiſtimant, quorſum cruciatus admouent̃? niſi vt aliqd vel perperā agere videant̃. oſtēdunt aūt tunc ſolū hi, qualis animus, qualeq; ſit eoꝝ officiū. Sin aūt febris ſupuenit q̄ ob ſuffocationē accidit, imedicabilē morbū reddit. frigent aūt horū manus, ſed pulſus tñ eſt frequens. cæteris ſalutaris. ſed hoc oderūt nihil facere, malūtq; ipſis carnificibus perire hominē, quā ſine illoꝝ opera ſeruari. porro q̄ capiti admouent̃ non parum ab initio nocēt. calida enim hæc, vltra q̄ ad locum mām trahunt ēt ſi miteſceret morbus cerebro adeo cōcuſſo mortē inferrent. ſed nec à cibis tēperare poſſunt, timētes aſtantiū infamiā: & ſi nihil ſi qd mo

Marginal notes: lib. 5. ca. 22. | dria. 182. | lib. 6. ca. 27. | lib. 3. ca. 18. | 1. aphor. 23. | prima tertij trac. 5. ca 14 in fine.

do ꝓfuturũ ſit exquiſita inedia pſtantius ſit. adde aſinorum oua tribuentiũ pręconiũ.hos enim loris cedere deceret. expectas vt quid agendũ ſit ſubijciam,non agam hic, eſt iam id ſcriptum ſi breuibus dixero, accuſabunt verba mea,& ignorantiam vnã ſuam.

## Quòd in hydrope aſclite ſecando uentrem aberrant. Cap.98.

NONAGESIMVSOCTAVVS error eſt, cum in quibuſdã libris legiſſent medici,in aſclite peritoneũ eſſe ſecandũ vt aqua laborantis effluat:illi ex tẽplo pulchrã rem iueniſſe exiſtimãtes quotquot in manus veniunt diſſecãt,nec vllus vnq̃ ſanat.id illi cõſpicati ac ſtupidi admirant. tandéq; fruſtra id auxilij inuentum credũt.adeo ſine mente ſunt, qui ẽt ſine pudore fuerant.at neſciunt primo eos qui ex duro tumore iecoris in id morbi incidũt nunq̃ poſſe ſanari,vt inqt Gal.tum vero ſi incidant vitiato iecore ex aquæ diuturna mora nullã relinqui ſalutis ſpem.Sed & ſi educat candẽti ferro minus lędit æger vt Haliabbas teſtat. quãq̃ & Gale.
7.prac.c.27 inciſionẽ conſuluerit.Sed nullus euidentius q̃ Serapio hic,qui cõſulit vt nõ niſi firma virtute viris hoc auxilij
14.artis cur. cap.13. afferat.Cæterum aliquos ſanatos refert:cũ ab inciſione purgãtibus medicamẽtis & exercitio vterẽtur.Celſus ẽt
lib.4.cap.7. in fine. vbi inuenes ſint hoc cõſulit,& Paulus: παρακέντησιν id auxilij genus vocat. Aliud eſt aũt in quo aberrant ſtupidi:nã cum Aetius lib.10.conſuluiſſet in aqua inter cutẽ ſup poplitẽ ſecanda crura, id illud vidi egregios medicos,in aſclite facere,cum ſolũ in leucophlegmatia hypo
lib.3.ca.21 ſarcã vocat Princeps id cõueniat vt ille aperte teſtat.verum ignorantia illos excuſare debet cuius cãm veteres
lib.3cap.48 in fine. dedere.nã aqua intercus aliqñ omne hydropis genus ſignificat dicẽte Paulo,qđ auxilij genus in nulla alia ſpecie aquæ intercutẽ conuenit,q̃ in aſclite.proprie aũt vt

ſpẽm ſignificat anaſarcá oſtendit.anaſarcæ vt ſectio ſupra talos cõuenit & nulli alij,ſic παρακέντησις ſoli aſciti. vide modo q; perperã vtrunq; in vtroq; experiant. ℭ Conſultũ igit fuerit atq; factu optimũ:hydrope aſcite,legũt alij aſcite,magna ne dicã an improba ſapientia, illico purgare aquã nec differre, nã vt moram traxit ẽt virtute cõſtante vitiat interna mẽbra, mortemq; affert neceſſariã. ſi nõ prorſus cedit experiare malagmata,oia qdẽ intra quindecim dierũ ſpatium.Sed & ſi hęc nõ pfecerint,illico ſeca ventrẽ & expurga medicamẽtis quotidie.die vero qua ſecas niſi ad veſperã cibi nihil prorſus dederis.exerceas illũ moderate tñ,ne vel febrẽ aut caſuz virtutis, aut ſitim incurrat intolerandã. ſingulisq; diebus eum ſic regas:facile enim ac breui conualeſcet. caue aũt ne vulnus refrigeret,ſed in calidiſſimo aere detegatur.operiatur autẽ multis ſed leuibus ac calidis pannis. ergo vitioſa eſt ſectio quæ tarda,quę cum ſcyrrho iecoris, quæ ſine medicamentis auxilio & inediæ & exercitationis.vt vero hæc vitioſa ſic letale prætermiſiſſe tanti morbi fermè vnicum auxilium.

ℭ p.31

## Quòd fruſtra timent lac &oua in febribus,curq; abſtinuerim à difficilioribus qõnib'. Cap.99

NONAGESIMVS NONVS abuſus eſt, cũ lac & oua tanq̃ pniciosa in febribus putridis fugiunt.nã lac & oua optimi eſſe alimẽti in libris cõtradicentiũ medicoꝝ planè docuimus. ſupius ẽt cum carnes dãnaremus ouoꝝ ratio habita eſt. nec omne lac oibus cõuenit febribus,ſed ſolũ aſininum : hecticis aũt omne. cõuenit & liquata caro in ſolis fermè tertianis:quã nos ſuperius,ab alijs febriũ generibus tum alijs morbis prohibuimus.cõueniet enim in exedẽtibus eadem rõne qua à Galeno in tertianis conceditr.abſtinui aũt à ſingulorũ pertractatione ac ẽt diſputationibus difficilioribus, cũ

lib.2.&.ali

p ad Glauc. cap.9.

ea omnia alibi tradita à me ſint. Hæc vero ſcripſi homi num ſaluté præferens odio medicoꝝ.nam iuſtum eſt vt Inſontiũ vita inexplebili eorũ auaritiæ anteferatur.nos vero illos oẽs auerſari atq; accuſare par eſt, qui veritati,quam nos vnice amamus,hoſtes ſunt,ac inimici.

¶Manifeſtum vero ex his,cur alij quidẽ me refugerint: alij magis impie dãnare conati ſint:cũ viderent laruata ſepulchra propriam inſcitiam,ſcelerũq; nefandoꝝ conſcientiã,quibus impares melioribus eſſent, ni falſis criminibus ac cõſpiratione principũ populi ꝑderent vitã.

## Quòd ſcriptores hoꝝ temporũ plus cõſulunt ornamẽto orõnis q̃ utilitati legentiũ. Cap.100.

CENTESIMVS hic error aduerſus legẽtes ſcribentes ac medicos ipſos inſcribit᷑.nã vt ad legẽtes ipſos primo deueniã.non pudet illos in eadẽ cauſa tres aut quatuor opiniones diuerſis temporibus tueri.Cum igit᷑ veritas vna ſit, certũ eſt harum tres ſaltẽ falſas eſſe, atq; vnam tm̃ veram.qñq; ẽt contingit vt nulla.ſed qđ optimũ eſt pro illoꝝ defenſione concedat᷑:clarũ eſt igit᷑ tribus annis falſa, vno anno vera illos docuiſſe diſcipulos ſuos. quáobrem triplo plus dãni q̃ vtilitatis attulerũt.perduntq; ſic principes pecunias ſuas vt falſis præceptis diſcipuli imbuant᷑.At me nõ mentiri quiſq; intelliget qui horũ ſophiſtarũ ſcripta ſub diuerſis annis perlegerit.eſt aũt huius erroris cauſa quadruplex, prima ꝙ non tenent᷑ amore veritatis ſed ambitionis & auaritiæ. at primũ præceptũ Galeni fuerat vt diligerent ſuper oĩa veritatem,illi ſoli intenderẽt.Secunda eſt ex ignorantia mathematicarũ. vnde Galenus iubebat, relinqno nunc Platonem ⁊ Ariſtotelẽ,vt mathematicis maxime ſtuderent:qm̃ inquit faciunt hominẽ cognoſcere argumenta demõſtratiua à probabilibus. & veritatem intelligere. Tertia cauſa eſt ex ignorantia logicæ. ideo præcipiebat

lib.de cõſtit. artis medic. cap.7.

Galenus ibi vt methodū inquirendi veritatem diſcere vellent.adiuuat hoc ꝙ ex illa inani ac contentioſa peripateticoꝝ ſchola veniunt:in qua gloriæ aſcribitˀ falſum tueri:& nihil firmi ſcire:ſed ſolū noſſe ad partes tanquā in declamatorijs argumētis dicere.eſt ne hæc illius quē tantū profitētur Galeni mens cōſilium'ue aut pręceptū. Sed quarta eſt qđ timent ne in poſterū non habeāt quid dicant vulgaris iam illorū vt ſolet ſcriptis. tanta peſtis inuaſit ob auaritiā ignorantiam & ambitionē. Quare antiquoꝝ more pueri primo mathematicis eſſent imbuendi.experimentū ſumatur de puero mendace, is veridicus euadet hac diſciplina imbutus.tantus eſt illaꝝ diſciplinarū cum veritate ipſa conſenſus. phiam vero ſimplicem non contentioſam amplectanˀ:meminerintq́; cum ad medicinæ ſacra perueniunt nō nugas ſe tractare amplius ſed hominū vitam,incolumitatē atq; fortunas. in poſterum aūt ſi conſulere velint,alios medicinæ libros interpretentur.ſic nullo labore omnia noua videbunˀ.

¶ Ex hoc alius error proceſſit nam aſſueti diſcipuli tot varietatibus non medicinā ſed ſophiſmata amplectunˀ: & pro veritate ambitioſam contentionem. nec cupiunt doceri ſed in diſputationibus victores euadere.quaſi de phoꝝ chimeris,& nō de humana ſalute ſit certamē.accedit huic maius incommodum ꝙ à peripateticis edocti vel nullā eſſe animam vel vnam, nihil à morte timētes euadunt ſceleſtiſſimi: vt optimos illos experiaris, ideſt minus malos, qui aperte phos ideſt hæreticos puros ſe eē fatenˀ. Quaobrem cū ita ſit, neſcio an plus cōmodi an incōmodi mortalibus medicina afferat. cumq́; cōſidero, ꝙ indocti decuplo plurȩs ſint ēt mediocriter eruditis: quodq́; eruditis tot vitia ſunt: deinde tot cauſæ aberrādi ēt ſi cum fide rem tractēt,deniq; quòd ēt qñq; ſi non artē, fortuna tñ fallat artificem:& ꝙ plures ab indoctis longe occiduntur alioquin victuri, ꝗ̄ morituri

ab eruditis ſeruentur: timeo ne magno malo potius q̃ bono vt pleraq; alia mala mortalibus medicina acceſſerit. Nec tibi quiſquis es, nouũ hoc videatur: Galeni hæc ad vnguẽ ſnia fuit. dum de medicis loquit̃ in arte curandi. ille quatuor aut ſex ſeruabat magno labore ęgros in vno menſe, cum cæteri viginti ſingulis diebus occiderent. cur putas toties medicos à Romanis exploſos? cur tãdiu quippe ſexcentis annis illis carere voluerunt? niſi q̃ð præter ſupuacua impenſa accedebat iactura populi. nec exiſtimes ſpõte admiſſos, ſed cũ veneficia adulteria furta ac cædes pro incuria & luxuria irruperunt. Quis nõ videt adhuc turcicã gentem ſine illis viuere ac lõge melius. nunc nouiter cũ irruperint. & inter eos ſpes eſt ẽt illos alijs venificijs dementatos cadere poſſe. tot aũt malis accedit q̃ð ſub hac ſpecie praui ac ſcelerati innumera cõmittunt flagitia. quot ego cognoui q adulteria ppetrarunt: cũ ſacris virginibus cõcubuerunt: atq; alia ẽt admiſerũt deteriora, ſi quid tñ his ſceleribus põt eſſe deterius. Vbi eſt is qui ſacroſanctũ Hippocratis iuſiurã dum obſeruet. Sed cũ non artis hoc ſit vitiũ ſed hoĩum, deceret principes: Senatus: ac magiſtratus qui tã facile miſerum quẽq;, ob furtum duoꝝ coronatoꝝ ſuſpendio puniũt: hos qui delinquunt tã grauiter acerrime caſtigare. eoq; aſperius quãto flagitiũ occultius admitti põt. Quid enim cũ in oẽs, etiam in ipſos magiſtratus diligenter aĩaduertunt, cautũq; ſit de dolo malo ẽt in minimis, hac ĩ ſola arte ſub qua tot furta, rapinę, homicidia, inceſtus ac veneficia latẽt, adeò ſunt negligentes? admonent̃ à Catone, admonẽtur à Plinio, admonent̃ à Galeno: nõ eſt hæc nr̃a ſed mortaliũ querela: nã nobis penè ſatiſfecit qui potuit. ergo & bonis incitamẽta ⁊ præmia præponenda. nec quiſq̃; niſi patritia gente admittẽdus. quo in pręcepto Mediolani recte conſultũ. nec niſi optimis moribus, tum etiam parẽtum. nã quod ad artis no-

bilitatem attinet ſupfluum eſt. Diſputationes vero nō in angulis ſed publice: non ſemel ſed ſingulo triennio exercendæ. in diſputationibus aūt quæ ad ægrorum curam inſtituuntur & illud recte cōſtitutum eſt Mediolani, ne quiſquam alius accedat: ex hoc tam paruo ſemine ni ſuccurratur magna tandem malorum ſeges exorietur.

¶ Vltima à ſcriptoribus ipſis calamitas adeſt: Conſarcinant alij ac quicqd in buccā venerit in publicū edunt: magnis nominibus plebē (nam ſic libet appellare hominum partem illoꝝ ſtudioſam) ſeducentes: ſine phia, ſine rōne, ſine iudicio, deniq; ēt ſine pudore alius ab alio vel integras paginas, nec pudet etiam, ab antiquis ſumunt. Arabes negligunt nihil illi ſciunt: ſolo Galeni noīe turgent: velut quidā qui nec eū à calce ſalutauit, quotidie mihi de Galeno obgānit. ô deus quē mihi mouet riſuȝ? alij idē putant ornate dicere, ac recte & bene. voluntq; res verbis, nō verba rebus ancillari. laude dignū exiſtimo Pomponatiū, qđ & alias dixi, ſolitū dicere ſi poſſemus ēt ſine latina lingua oīno diſciplinas doceri melius eſſe, quàm in ea tēporis vel modici diſpendiū facere. atq; is mihi ēt ſapere videt qui rudis linguarū ac barbarus recte tñ multa nobis tradidit, non ſolū in phia, ſed & in arte medica. deniq; quis illoꝝ vel curā cum oībus ēt Græcis perfectā edocebit, niſi in paucis ac diuturno tēpore? ſtudebimus'ne Galenū cum attonitus morbus agnoſcēdus eſt, ac medicandus? Aetius nō cum Galeno conſentit pluriū placitis ſubſcribens: velut Archigenis, Ruffi, Adamātis ſophiſtæ, Critonis, quoꝝ ſnīa partim à Galeno oppugnant, partim illi repugnāt. Deniq; nec id qđ tentant aſſequuntur, nā ſexcenta in vnoquoq; libro eoꝝ non latina verba inuenire liceat. bruta, humiditas, ac talia. dūq; his ſtudēt euitandis phię operā non dant: ſine qua impoſſibile eſt vel mediocriter eruditū eſſe medicum. Sed inconſtantiā etiam illoꝝ expende: ſcribunt,

reſcribunt,exponunt, vertunt cóuerſa ad oém libellum apologiá extemporaneá excudunt. Inde vide illoꝝ etiá qui vertunt diligentiá? ex vna diſce oés illoꝝ ſolertias. Nolunt verbú reddere verbo: qd̄ q̄; vtile ſit in his, non enim poetę hic ſumus,alias diſputabimus.núc vero vel ſic ſimplicium medicamentoꝝ tabulam vt iacet depromunt:cú p̄ſtaret latine reddita latino ordine collocari.

¶Sicq; laudeť Deus,qd̄ medicina q̄ per Gentilé Iacobú ⁊ Vgoné ad inſtans redacta fuit:nunc ꝑ nr̄os ſcriptores ad grámaticá,& medicamentoꝝ ſimpliciú inexplicabilem cótentioné,trutináq; verboꝝ vnius viri quaſi Dei, rōne relicta miſerabiliter hoc tanto ſtudio núc ꝑuenit.

¶ Innumera ſunt ⁊ alia quę nō iniuria his adnumerari poſſent, verú hæc pauca pro nunc delibaſſe ſufficiat,q̄ grauiora videbātur tantumq; inualuerunt, vt minima pars ſanè doctrinæ,optimisq;experimétis relicta ſit.miſereor aút mortalium qui in ſummis periculis minus ſapiunt,quàm qui æſtu fluctuante mari in cimba vehunť: ná cum etiá ignauo ac rudi nautę vſq; ad maximú vitę diſcrimen,oíbus expoſitis fortunis plus credant, q̄; ſibi ipſis ægri,⁊ qui eis aſſiſtunt medicoꝝ ſapiétiam floccifaciunt,nec illoꝝ ad vnguem oíno decreta obſeruát,plus ēt in eius electione falluntǔ,cum vel loquatiorem medicum,aut ambitioſoré, aut ſeniorem,aut eum qui plures numerat cliételas,aut promptioré,aut magis pręcipité, aut magis familiaré,aut moribus cóptiorem,aut verbis blandioré,aut veſtibus ornatiorem,aut eum qui potentum limina terit, reliquis p̄ferunt, cum ſtudiú aſſiduú/ doctriná copioſam/exactam diligentiá/näæ iudicium acre/vera pronoſtica, & optimos ſucceſſus anteponere deberét.His enim ſex rōnibus qui ſit ꝑfectus medicus deprehédi pót.ná hæc non alicuius iniuria,ſed ad humani generis vtilitatem ſcripta ſunt.nam cunctos hos abuſus vigere ægri,miniſtri,tonſores,pharmacopleq; teſtātur,

# AMBROSIO CAVENAGO Cæſareo protophyſico, Hieronymus Cardanus medicus. S. P. D.

LIBELLVM de medicinarum ſimplicium noxa editurus, nomini tuo dicãdum cenſui: vt ſi quicq̃ deeſſet ſingulari tua doctrina ſuppleretur: ſin minus au thoritas illum tueri poſſet. dignitatis enim & virtutis magnitudinem egregij ciues, ducesq́; noſtri ac externi teſtantur. Nunc demum Cæſaris priuilegium confirma uit, & ampliauit. Vale.

MVLTOS Ego vidi medicos de ſimplicium medicamentorum vſu gloriari, quod & facilius inueniri, ac inuenta parari, non minusq́; quibuſlibet cõpoſitis pharmacis ad tollẽdos malos affectus virium habere poſſint: in qua ſnia Scribonium largum Claudij tpibus medicũ celeberrimum ſcripſiſſe video, ſimplicia medicamẽta prius eſſe narranda, qm̃ compoſitis plerunq; ſint efficaciora. In epiſtola Octauianus etiam Horatianus Valentiniani imperatoris tempeſtate clariſſimus phyſicus, & compoſita & remota remedia damnat, omniq́; ætati, morbo, occaſioni in quacũq; etiam prouincia parata ex ſimplicibus auxilia egregia conſtanter affirmat. Plinius etiã paruo antea tempore vir inſignis, ac quantũ in rebus alter eruditus, eadem ſcripſerat, medicosq́; ex longinquis partibus & operoſa & pretioſa vehi perſuadentes calumnijs proſequitur: cum ex horto ſuo quiſq; remedia cœnare poſſit impenſa nulla: labore modico. omnesq́; eius libri ſingularibus medicamentis etiã ab ipſo probatis referti ſunt. in eorum etiam cõfirmationem & Celſum, & Dioſcori-

lib.1.cap.1

lib.24.ca.1

dem, & Galenum maxime in ſimplicium medicamento rum libris Auenʒoar,& Serapionem, Auerroim,Princi pem,Raſim,Meſue,Haliabbatem,innumeros etiã alios, tum antiquos,tum recẽtiores ſcripſiſſe video,ad ſingulos affectus ſtrenua ex ſingularibus medicamentis auxilia: quinimo video præſentes medicos,& hoc etiã ego aliqñ expertus ſum feliciter:in interioribus morbis, maxime aũt ventriculi:cremorem camemilli per ſe adminiſtrare,protinusq; dolores ſedari, quod & à Galeno ſcriptum inuenio.ſæpe etiam plurimas ſimplicibus medicaminibus vidi ſanari diuturnas egritudines, quæ longo tempore fruſtra cum compoſitis pharmacis tentatæ fuerant:quod nemo ſanè admirabitur,ſi in aperiendi facultate ſolam gentianã expertus fuerit,nec ſolũ in ea,ſed in orthopnoicis & quartanis affectibus extemporaneas ſanationes videbit:huius quoqʒ opinionis Auerrois fuiſſe videt̃,cum de rhabarbari natura differeret,nãqʒ non ſolum innoxium eſſe dixit,ſed etiam aliarum medicinarum nocumenta corrigere:cui etiam Meſue aſſentitur: & ratio.nam cum plures partes in rhabarbaro purgantes videre liceat, ventrem enim ſoluit, & obſtructiones aperit,& mẽbra confirmat,⁊ ſanguinem reprimit,intantum vt hæmoptoicis aſſum,ſummũ auxilium eſſe credatur,nil mirum ſi per ſe ſumptum innoxium fuerit: cum multorum medicamentorum vires egregias in ſe contineat.Quod etiam veritatis imaginem habet:conſentaneum enim eſt, naturam in hoc opere arti non ceſſiſſe: nam non artem natura, ſed naturam ars imitatur. Credendum igitur putant, medicinas ſimplices re ipſa eſſe compoſitas,nõ ſolumq; ſimplicibus morbis, ſed diuerſis & pugnãtibus exhibitas ſanitatẽ reſtituere poſſe.nuper etiam ad hanc confirmandum hereſim,cuiuſdam ligni Indici inuentio acceſſit: cuius lõga exhibitione per cremorem,nõ aliter melius elephantiaſis quoddam ge-

lib.experimẽtorũ ad lrã ʒ.

5.colliget c. proprio.

Meſu.c i cura.

nus curatur,quod vulgari nomine dicitur morbus gallicus. Infinita horum poſſem cōmemorare exēpla, cum omnium medicorū libris his ſcateant remedijs, ſed oīa ſub vna ratione conſtant, vt non fruſtra ſermo producendus ſit. Capita igitur vniuerſa eorum quæ interius aſſumuntur tria ſunt,cibus medicina, venenum, quorū cōmiſtione ſex membra generantur,ex quibus tria ſilentio digna ſunt, nam de cibis non eſt inſtituti propoſiti pertractare: medicinas vero venenoſas, ac ipſa venena nemo ſanæ mentis vel ſolo audito nomine innoxia eſſe dixerit:reliquum eſt igitur vt de medicinis ipſis aut cibalibus, vel cibis medicinalibus dicam eſt autem inter hęc differentia, quoniam medicinalis cibus alit primo, & immutat:medicina cibalis cū immutauerit in alimētum tranſit:medicina vero ſimplex nequaquā ab immutatione transfertur in alimentum. Igitur cum cibi medicinalis paruum fuerit iuuamentum,non erit mihi de eo longior ſermo habendus:quòd ſi aſſiduitate quis iuuamen augere ſperauerit, duplici obice impediretur. Primum qm̄ deſunt prodeſſe auxilia cū opus eſt,quæ quotidie in vſu ſunt,vt Plinius dicebat. quarę Princeps iubet iuuantia etiam medicamina permutari: alterum eſt quod ſi in modico vſu paruum dānum ſentiatur,in plurimo magnum euenire neceſſe eſt: vel ipſa conſuetudine omnino miteſcere,quorum vnum propoſiti noſtri metas ingreditur:reliquum vero ad cibi rationē, de cuius natura dicere propoſitum non eſt/pertinere video. Igitur nobis tantum duo membra ſuperſunt,videlicet medicina ſimplex, & cibalis,quorum vtrūq; diuidit in laxantē, & eam quæ aluum non ſubducit. Primū,quidem genus medicamenti nomine ſimpliciter appellabo. & ſi non ignorem à pluribus hoc noīe tantum ſtrenua laxātia debere intelligi, ſed non eſt de noībus litigandum, vbi res ipſa difficultatē parit; Galeni hoc enim pceptum

3. de temperamentis.

lib. 27. c. 13. quarta primi de cura in generali.

2. de dif[illegible]brium ca[illegible] authoritate Platonis. — eſt.alias vero medicinas,vel ſimpliciũ nomine, vel medicinę,vel medicamenti cum adiectione intelligi volo.

¶ Dicamus igiẗ primo de medicamentis in genere,deinmum de ꝓprie vocatis:ꝑtermittentes illud omnẽ medicinam purgantem,& ſoluere & inueteraſcere: nam hoc non medicinæ ipſius,ſed operationis vitium videtur:at medicinas nunc non operationẽ ipſam reprobare propoſitum eſt:ſi quidem hoc non ſolum ſimplicibus medicamentis,verum etiam compoſitis cõmune foret.

tertia primi a Principe.

Prima ratio.

¶ Primum ergo à ratione quæ plurimum poteſt, ſumamus exordium:cunctarũ medicinarũ facultates ita ſibi annectũtur, vt ſi prima culpa caruerit,ſecunda vitio detur, veluti quod robur addit, obſtruit:cõtra qȯ aperit, robur minuit ⁊ laxat:ſuntq́; hæ vires ſemꝑ æquales, Galeno teſte:quantum enim conſtrictionis in medicina facultas augetur,tantum & roboris membro addit: cum igiẗ paria ſint iuuamẽtis detrimenta,tantum vnaquæq; medicina nocebit quantum & iuuabit. hoc autem deterius erit, cum non æqualiter intrinſecæ particulæ affectæ fuerit,quod rariſſime contingit,plerũq; enim hepar calidum,ventriculo frigido exiſtẽte inuenitur,quomodo igitur ſi ʒinʒiber ventriculum calefaciet, hepar non vret:aut ſi oxiacanta feruorem iecoris mitigabit,ventriculo frigiditatis intemperiem non augebit?at ſi cõpoſito vtaris medicamine vnaquęq; particula quod ſibi cõuenit attrahere didicit: vt volebat Serapio.eo modo calida mẽbra frigiditas medicinas,frigida calidas,ad temperandam naturã ſibi vendicant:quod ſi capparis corticem in miſto medicamento lienoſus deuoret: à ſplene attrahitur anteq̃ in ventriculo magnam inferat noxã: quȯd ſi ei abſinthium copulauerit,fiet vt hoc in ventriculo morã trahat,⁊ non ad ſplenem deferatur.qui vero capparis ſimplicis vſu delectabitur(de cortice loquor) nã fructus ſale cõditus mitior eſt,& in iecore,& in ven-

5. de ſimpliciũ medicamentorũ facultate.

Secunda rõ.

Antidotarij cap. 5.

triculo roboris noxam patietur, acre enim eſt nimis medicamen, & nimium aperiens. ſcio quidem rónem hanc iam ab Auerroe aliter interpretari: ſed nõ mihi curæ eſt opiniones ſuas, cũ aduerſus medicos ĩ medicina diſceptat, referre. alijs enim libris medicorum cõtradictiones deſcripſimus. Sed iam vnde digreſſi ſumus eò reuertamur.

Tertia rõ. De cõſeruanda ſanitate, item ꝓ theiſir trac. 15. ca. 1. & t. 13. & alibi pluries & Auerrois.

Zoar vir & longa experientia & animi ſynceritate inter medicos non paruæ authoritatis/cenſet nullũ membrũ principale, nec ventriculum ipſum abſq; aſtringentibus ac aromaticis fore curandũ: quod cum ita ſit, erunt oẽs affectus excepta immateriali debilitate cõpoſitis medicinis curandi. nam primo mãm euacuare oportet, anteq̃ mẽbrum confirmetur: igitur apparet medicamina cõpoſita in cunctis morbis eſſe neceſſaria: nam vno dũtaxat excepto, quod rariſſime accidit, morbo, cum illum etiã ob alias dictas, & dicendas rationes medicamine cõpoſito curari conueniat: cętera reliqua vel hac vnica rõne cõpoſita medicamenta repoſcunt. in quam etiam ſñiam expreſſa voce Princeps inuectus eſt, vt nec illud in his quæ foris applicantur præteriri maluerit.

quarta primi. Quarta rõ. primo catageni ca. 3. 3 de tẽperamentis, & in techni, & 2. de ſimpl. medicamen. facultate ca. 11.

Sed iam aliã cõpoſitionis neceſſitatem, audi à Galeno ſub cõpendio enumeratam, ſunt equidẽ medicamina morbis æquali cõtrarietate machinanda: hoc enim à Galeno ſæpius repetitũ eſt: cum igitur ſingularia in gradu ęqualia & morbo conuenientia vix inuenire poſſibile fuerit, cui dubiũ eſt medicinis vtendum eſſe cõpoſitis: hoc autem magis cum quædam ſimplicia vni morbo ita conueniunt, vt in cauſam addant veluti quoſdam, video medicorum aſclitem genere quodam caulis ſoldanellæ vocatæ materno ſermone curantium. quod ſi ſimplex propinatur, nõ parum iecinori oberit: ſatiusq; puto foret iſta relinquere, cum non deſint auxilia in vtraq; cõditione ſalubria. accedit huic cauſa alia: nam pleriq; aut ventriculo ſunt imbecilli, vt os eius mordicationẽ ſentiat, alijs re-

nes,alijs hepar, alijs cor eſt inualidum, alijs nauſea velox,alijs minus ſoluitur aluus,alijs parum,alijs complices ſunt affectus, quas omnes ob cauſas in cunctis affectibus compoſita oportet offerre auxilia.

Prima ratio. ¶ De his igitur generaliter ſatis dictum eſt, at nunc peculiari ſermone laxãtia medicamenta proſequamur, nã horum præcipue vitioſa natura eſt,vnde Cornelius Celſus medicus antiquiſſimus, cui ſi Galenus non succeſſiſſet poſt Hippocratem palma medicinæ ſtatuẽda erat,dicebat omnem medicinam ſolutiuam mali ſucci eſſe, & ventriculo inimicam,cui nõ ſolum Serapio aſſentire videtur,ſed rõnem adijcere.cũ enim non aliter aluus ſubducat̃,niſi prius ad ventriculum contractis humoribus demum expreſſis,neceſſe eſt ipſum & humoꝝ qualitate, & motuũ diuerſitate,non parum lædi, ac etiã temperamentum ſolui.cuius etiã ſigna ſunt,faſtidiũ ſubſequens: antecedens plerũq; nauſea:malus ſapor in ore,quẽ tandem extrema comitatur ſitis,ſi recte ſolutus fuerit,vt dicebat Hippocrates. verum etiam mihi in hac cauſa Galenum fauiſſe perſuadeo,qui omnium laxãtium innocentiſſimum affirmauit ſerum/quod tamen & mellis & ſalis ſocietate correxit.at nec ſit flatulẽta vis omnino deijcitur, vt cuilibet experiri licet. quod ſi innocentiſſimum medicamentũ,non omnino etiam emendatum vitio caret,quãuis exiguo,quid in alijs nõ ęque probatis medicamentis dicendũ erit? aut igitur Galenum culpare,aut experimento diffidere,aut omne laxatiuum medicamen vitioſum fore fateri cogimur.horum igitur trium præſertim tot rationibus famulãtibus minus abſurdum eſt concedere, quod etiã quotidiana oſtendit experientia, omne laxatiuum nullo exempto per ſe ſumptum fore vitioſum.debuerant hęc ipſa nobis facere fidem,ſed ne qd promiſſæ inueſtigationis prętermitti videretur: iterum à ſinguloꝝ enarratione auxiliorum orationẽ exordiar;

In antidota/rio cap.10.

4.aphor.19. Secunda rõ.

3.de alimen/tis ca.de lacte

cum prius vnius meminero nõ eſſe ſerum quaſi medicinam, ſed potius potum medicinalem cui ad diuiſionem quadruplicem laxãtium medicaminum à Meſue examinatam fuga ſuperſit. exiſtimet etiam quilibet ſecum ſi in hoc vt ita dicã familiariſſimo potu (nanq; omnes lacte alimur in infantia) quoniam ſoluẽdi virtute præditum eſt tantum noxæ contrahitur, quid in alijs ſperandum ſit, quæ nõ ſolum nobis aliena, ſed ferè incognita, & guſtu inſuaui prædicta ſunt. Dicamus igitur de his primo quæ vehementiora ſunt, poſt de quibuſdã quæ à recentioribus benedicta appellantur, quoniam vere ſoluendo minus conturbant. In cæteris enim ſatis fuerit camemilli & gliʒiriʒæ naturam exploraſſe. i.. de conſolatione medi..arum.

¶ Scamonion in ſubducẽda bile omnibus Meſue prætulit medicamentis, vẽtriculo autem peſtilentiſſimum. & deleterij, vim habere Paulus Aegineta exiſtimauit, cuius correctorium mirabolanos in ſuo capitulo, idem Meſue eſſe dixit. cap. proprio. lib. 7. ca. 4.

¶ Titimallorum ſpeciebus omnibus aquam purgandi vis ineſt maxima Raſi teſte, at ea venena eſſe vel à Galeno, vel à Principe ſciat;: vt etiam loca glabra perfecte reddantur lacte eorum, aceti infuſione, & citoniorum ſocietate mitiora fiunt. 7. conti. ci 1. fol. 157 col. 4.

¶ Lacterim ſimili vi, & eſulam pollere manifeſtum eſt, verum maiore noxa, minore tamẽ vtilitate, vix naturæ pluribus ingenijs conciliantur.

¶ Elacterij vim tum in hydrope, tum in pituita euacuãda Hippocra. celebrauit, & Raſis, ſanguinẽ tamen educit Principe teſte, cuius correctio non vna eſt dragaganto, tamen miteſcit aliquatenus. 7. epidemiarũ vbi ſupra 2. cano.

¶ Hermodactyli iuncturis opitulãtur ſi quid aliud, attamen ſtomachum lædunt vehementer. Meſue raphano corrigit, Raſis opium & ſacharum miſcet, in catapotia formatur, rarum etiã eſſe creditur, quod enim ſub eius 12. cõti. ca. 1.

nomine adminiſtratur, adulterinum eſt.

lib. 2. cap. de cu. a podagr. ¶ Pes coruinus ventriculum nõ ita lædit, & ad iuncturas ab Alexandro plurimum commendatur, innoxium magis eſt hermodactylo, vt etiam Princeps teſtať, ipſuꝫ tamen à nullis per ſe adminiſtratur, lædit enim interiora quare aromatibus copulatur.

cap. proprio. ¶ Turbith phlegma educit grauiter, nomine ipſo, noxia natura detegitur, corrigitur ʒinʒiber à Meſue.

5. col. 42. ¶ Cartamus ſeu cnicus ab Auerroe in phlegmate purgando indifferenter omnibus prȩponitur auxilijs, cordumeno à Meſue corrigitur, non enim ſuum deeſt vitium vt cuicunqꝫ natura progenito. cardamomum tamẽ pro cordumeno ſubijciatur.

2. theiſir. t. 6. c. 5. Antidotarij ca. 12. ¶ Collocintidam craſſis lentisq; humoribus, qui extra venas poſiti ſunt, accõmodatiſſimam eſſe fatetur Auenʒoar, eſt tamen tantum eius inteſtinis nocumentum vt adhuc de eius contritione, & Raſis, & Meſue, & Princeps diſceptẽt, ab Auenʒoar amygdalis copulatur, à eS rapione dragaganto.

In conſilijs. In de ſimplicibus ca. proprio & a Montagna. ¶ Sarcocolla ſubtili pituitæ educendæ, optima eſt: educit & craſſam à recentioribus ſæpe repetita, erodit tamen vehementer & calefacit, miteſcit lactis per ſeptem dies infuſione, vt à Montagna docetur.

2. theiſir tracta. 6. ca. 5. ¶ Veratrum ad purgãdum atram bilem, & totum corpus inaniendum. Item ad iuuentutem reparandam Meſue cõmendat: hoc enim proprium ei ineſſe videtur veratrum tamen conturbat, & ſæpe conuulſionem efficit, ꝓpterea ab Auenʒoar nenufare ob immodicam ſiccitatem corrigitur, vt ſic etiã cordi propitius fiat, nec hoc acopo prȩſtantius inueniri poſſe arbitror, non ſolũ veratri, ſed omnis medicamenti quod in modica ſiccitate principalibus membris nocere natum ſit.

lib. ꝓ cu. 84. ¶ Lapidẽ Armenum Alexãder in humore nigro educẽdo cũctis alijs propoſuit: multiplici tñ lotura indiget,

nec

nec tñ ſic omni nocuméto caret, cœruleus tamen lapis hoc in iuuando inferior, in nocendo, valentior inuenitur. Quidam ét nullam ei vim ineſſe putant.

¶ Epithimum Serapio cunctis prætulit in educẽdo felle nigro: attamen multiplici nocuméto obeſt, præcipue tamen his quibus abundat flaua bilis, corrigitur mirabolanis Indis.

¶ Polipodium inferius ipſo eſt, nec tamen noxa vacat extenuãs corpora ſubuertens ventriculum, multa ſanè huiuſmodi nominare poſſem & penè infinita, vt terbétinam, armoniacum, periclemenon, centaurium, peplum, ebulum, ſabucum, ſquillam, ariſtolochiam, ciclamé, ireos, ben, ſemen, opoponacum, dracontium, brioniam, ſtaphiſagriam, nitrum, ſpartiſemen, giniſtæ flores & perſicorum, catapuciam, album elleborum, alumen liquidum, aſſarum, ſerapinum, fella teſtudinum.

¶ Opportunius igitur fuerit ea quæ in dubio verſant contemplari, & quæ ſine noxa ab aliquibus eſſe creduntur, & ſunt aloes, agaricus, rhabarbarum, caſſia fiſtula, manna, ſenne, violæ, roſæ, fumus terræ, tamarindi, mirabolani, abſinthium, ſticados, ius galli, eupatoriũ, pſilij ſemen, lupulus, capillus veneris, aqua lactis. aloem igitur declamant medicinam totum corpus purganté ventriculo cõmodam: quinimo & ſanitatem tueri credidit Meſue cum cibo ſumptum, hic quidem, vtputo conſilij proprij pœnas dedit, nam iuuenta extinctus eſt, hoc aũt quantum habeat detrimenti, cõſiderandum eſt in vnaquaqꝫ particula: non enim in cunctis ſimplicibus hoc expedire puto, ſed in his tantum dãna diligentius inquirenda ſunt, quæ ab his tanq̃ innoxia proponuntur. Primo itaqꝫ de ſapore eius ratio habenda eſt, nam vt Princeps dicebat, etiam q̃ð ægritudinibus auxilium ſimplex opitulari poſſet, attamen fuit neceſſaria medicinarum permiſtio, ob ſaporis prauitatem. ſi igitur in aliquibus In cãtice parte 3. t. c. 14.

hoc conuenit aloem de horum numero eſſe neceſſe eſt. hoc enim omnium medicamentorum cum collocintida in amarore obtinet principatum. vnde recentiores exerta lingua iubent deuorari, non enim eius amaritudo ſentitur. Sed videamus an ventriculo amicum ſit, dicebat Raſis aloem amicum ventriculo fore niſi ſimpliciter intelligendum, ſed ad reliqua purgãtia collatione habita, cunctis enim alijs eſt minus pernicioſum, an aũt omnibus cõueniat, & quibus, Paulus pacis verbis patefecit, aloem tabem inducere profeſſus, ſi calidis & ſiccis temperamẽtis exhibeatur, aut in longo vſu, vel in inculpato humoribus corpore: an autem cõueniat cum cibo ſumptum, in de caſſiæ fiſtulæ ſermone dicemus. Agaricus quãquam vix probatus inueniatur, nec tamen quãtumcunq; bonus noxa caret: hæret, nauſeam mouet, viſcera debilitat, vnde raro vel aliter q̃ in cremore, aut ſali, vel oximeli cõmiſtus propinatur.

Platearius de ſimpl. 5. cõti.c.1.fo.101. colũ.3. lib.2.ca.55.

¶ Rhabarbarum calidũ eſt & ſiccum immodice, craſſę etiam ſubſtantiæ, vnde commode ſquinanto & ſpicæ ſociatur: leuis vſus parum iuuat, multus vehementer exiccat, itaq; corporibus ſiccis nõ parum nocet per ſe ſumptum, ſolemus itaq; paſſulis innoxiũ reddere, humores autem pituitoſos per ſe excernere nõ valet, in omnibus igitur morbis copulari debet, niſi in humido corpore ſola bile oppreſſo, quod vix inueniri cõtigit, igitur aut in cremore, aut alijs iunctum medicamentis, vel cum paſſulis plerunq; exhibetur.

¶ Caſſiæ fiſtulæ nullum per ſe vſum credo, nam ſi ante cibum plurimo tempore ſumatur in alimentum trãſit, Meſue & experientia docente, ſic autem perdicem nem etiã paraſitus ei non antepoſuerit, vt aluum autem ſubducat ante cibũ, vel à cibo proxime deuoratur, hoc autem & in aloe & in cæteris medicinis fieri peſſimum dicebat Paulus cum cruditatẽ maximam procuret, loc

lib.7.cap.4.

cōcocti humoris educti crudus inſtauratur, nec ſine viriū detrimēto, quod à ratione ſumit initium, nam nō aliter ſubducitur aluus, q̄ aperto piloro, atq; ita mora in ventriculo non contracta in coctum alimentum trāſit in venas, extrema enim morula q̄ cibus in ventriculo ad concoctionem cōtrahit eſt horarum octo, vt dicebat Raſis. non igitur hoc meo iudicio floccifaciendū erit incommodum, quo tamen deterius agitur, ſi more quorūdam catapotia, & in ardorem febrilem, & in tabē membrorum addentia propinentur, minore enim nocumento vitato deterius introducitur.

Secus tñ in febribus & venenoſis medicamentis, vt. 2. regim. acuto. t. 12. 5. conti. c. 1. fol. 104. colūna quarta. Et añ ponit horarum. 12 & parū ante horarum. 16 eodē cap̄ tñ.

℄ Manna quidem antiquę innocentiæ memor nullum videtur ſenſibile inducere nocumentū. verum ego prunis magis quàm medicinis aſſimilari puto, eius tamen natura peruertitur cum in malam inciderit ſedem, nec vere quid eſſet Serapionē cognouiſſe credo, ſermonis breuitate, & varietate.

℄ Roſas nemo ſimpliciter offerat, ad lipothomiā enim vſq; ducunt, aliquando ventriculum ſubuertunt, aqua caſei ſyrupus cōmiſtus propitius eſt.

℄ Violæ vt minus habent vitium & vis aſtringentiæ, ita à nullo ſolæ exhibentur.

℄ Fumiterræ ſuccus eſt in vſum ad mundādum ſanguinem, verūtamen ventriculo inimicus eſt: nam oēs ſucci præſertim hic eum offendunt, quare ab eorum adminiſtratione cauendum eſt, ſubuertunt, laborem præſtant, concoquendi vim minuunt, quod & ſi Galeni inuētum ſit, attamen experientia quiſq; doceri poteſt.

℄ Quæ ſoluunt & dulcia ſunt emundant ſanguinē, vt mānna, caſſia, & thamarindi leniunt pectus ſi alio ſapore non inficiatur, vt māna, & mel & caſſia. renibus oē leue auxiliū laxandi propitium eſt, vt violæ, aqua lactis &c.

℄ Thamarindi ſtuporem dentibus inferunt, ventricu- nocent.

¶ Mirabolani rugas viſceribus & obſtructiones inferunt quãquam in ſeruanda iuuentute,non aliud ſit melius medicamen.

¶ Aqua lactis leuis ṽtutis eſt,flatus inducit,tarde opaſ.

¶ Nec ignoro horum minima fore nocumenta vt rhabarbari,caſſiæ,mannę,roſaꝝ, violarum,fumiterræ,ſeri, attñ ſi iuuamen inſigne ꝓcuraueris multiplicata exhibitione,vel multitudine impoſſibile erit dãna occultari.

¶ Sene mundat ſanguinem,& iuuentuti ſeruandę,& coloris bonitati manifeſtum præſtat iuuamentum,taroq; vtentem febre acuta corripi videbis,nihil minus ſtomacho nocet,& tædium in operatione affert,capitis dolorem aliquando mouet, nec iure gallinarum tollitur nocumentum ventriculis pituitoſis, quidam iulep violato,cremorem temperabant,minusq; moleſta erat,videbaturq; inſignis medicina.

Antidotario Gal.2. ¶ Abſinthium ſanguinem à bile mũdat, hoc enim eius proprium eſt Serapione teſte, per ſe ſumptum tamen & odioſum & inutile ex ſucco etiam damnoſum.

¶ Ius galli nullo inſigni iuuamento præditum video quod ſi nitroſi plus habuerit laxabit quidem,ſed magis ventriculo oberit,ſi vero iuuenis aialis & inſipidũ,potus eſt: velut & pruna cibus: verum ꝙ ſi molliendo feces aluum fluxilem reddant hæc oia, non tñ à ratione ptiſanæ diſſentiunt,nec de ventrem mollientibus dicere propoſitũ eſt: differunt enim hæc ab oibus alijs vocatis medicamentis,qm̃ non ſubito, ſed plurimum poſt tempus liquidiores feces reddunt,nec cogunt alimentum incoctum deſcendere, talia etiã ſunt blitum,mercurialis,ceraſa,oleum cum cibo ſumptum,& plura huiuſmodi.

¶ Sticados triſſagonne & eupatorium abſinthio plus ſunt nociua,& minus in vſu, has enim herbas ſolas propinantes neminem vidi, fruſtra igitur de his ſermo habendus eſt.

¶ Lupulus quidem in mundando ſanguinem plurimis fumoterræ anteponitur, nam humidus eſt, ille vero ſiccus: humidas autem & frigidas medicinas ſolutiuas incolumiores alijs credendum eſt, quoniam ſuę operationis ſunt moderatrices, & nocumentum tollunt, verum non eſt in lupulo à cibo virtus aliena, quotidie enim manditur, & per ſe ſumptum nihil operatur.

¶ Pſilij mucilago infrigidat vehemẽter, ſed parũ ſoluit.

¶ Capillus veneris parui iuuamenti eſt in laxando noſter nec in hoc nec in alio virtutem habere videtur, ita vt nemo hæc ſola propinare audeat, quod ſi quis experientiæ cauſa tentauerit medicinæ calumniam, & imperitiæ ſibi inferri videbit.

¶ Nec tamen Meſue authoritas in his multum te moueat qui aquã lactis, & pleraqꝫ alia ſine detrimento eſſe credit, nã experimento res aliter eſſe deprendiť, ita ſerũ calidũ & ſiccum, Galenus frigidum & humidũ dixit, ille nullo cum dãno, hic verius duplici nocumẽto. itaqꝫ cõſultius fuerit de ſimplicium natura Dioſcoridẽ, Oribaſium, Galenũ, Serapionem, Raſimq; intueri, cum ẽt Principi dũtaxat hac in pte modica fides ſit tribuẽda. 4.ſimpl.medica.c.16.

¶ Inter autem ea quę minime ventrẽ ſoluunt glycyrizę ratio habenda, primo eſt, ſuauis guſtu vnicum doloris ventriculi ſolamen Zoar teſte, renes purgat, ſitim extinguit, temperamento proxima eſt gutturi, & faucibus leniendis præſtantiſſima, famem tollit, vt dicebat Dioſcorides, ſed & ipſa multiplici ratione damnanda eſt. nãqꝫ primo veluti inuidente natura factum eſt, vt ab eradicatione pauciſſimis diebus ſeruari poſſit, ne noxam & cariem contrahat, qua nil in terrenis fœtibus deterius cenſuit Cato lignis, radicibus, terra lapidibus. quid igitur tam præcoci ſenecta ſtatui de ea poteſt in qua iuuentæ initium marcidæ ſenectæ copulatur. at nec in pubertate innoxia eſt: tollit enim famem, Plinio dicente, ſoluunt p̄ theiſiri t.13.c.2. lib.3.cap.6. lib.11.ca.54.

ſamem butyrum,glycyriza, hippate, igitur nõne eam et quæ opportuna eſt tollet, nã butyrum ex eo genere eſt, quod etiam faſtidiũ inducit:cuius ratio in promptu eſt, nam quæ vere ſamem tollunt, nutriunt copioſe, at nul
1.de alimen. la radix impenſe nutrit Galenus citetur. Igitur non ex glycyriza fames recte amputabitur, ſ3 faſtidium potius inducetur, non tamẽ par ratio ſitis ſedandę fiet,nam ea vere humido eius ſucco miteſcit. aliud etiam ſuccurrit nocumentum, nam ea ſi lignoſa edatur ſubſtantia recla mabit,Galenus neq3 alimẽtum,nec medicamen bonum eſſe poſſe, ſi vero ſuccus, aut decoctum vnum quidem obſtruit,aliud autem minimæ virtutis,multos enim eo pro potu perpetuo in podagra vſos fuiſſe vidi:igiẗ non niſi ad faucium labores prętans erit,ſed & in hoc ratio habenda eſt,ſi enim manditur tantum abeſt ã ventriculo viſcus, vt nullo ſit hoc modo ſumpta pectori auxilio,cõnumeratur enim inter cauſas incurabilis phthiſis viarum longitudo, vt neq3 valida remedia per cibum potum'ue ſumpta in cauſa pulmonis curãdi ſentiantur. ſi vero maſticetur plurimum perſæpe humoris ad fauces contrahit quàm vel ſoluat,aut concoquat.quinimo medicorum cõmune præceptum eſt eos qui faucibus laborãt,à maſticatione abſtinere debere.patet igitur tantum in eccligmate ſumendam, præſertim cum non multa in capite materia reſederit,ſed ad fauces acris, vel ſalſus humor deſcenderit, aut muſculi laringæ obriguerint,hac enim in cauſa Galeno docente,ſummum præſidium expertus ſum eam eſſe inter ſimplicia.

❡ Camemillam haud ſolam vnquã vidi foris exhiberi: parum enim vt nocet, ita minimum cõducere ſolet. extra oleum adminiſtratur, intus tamen cremorem eius, aliquãdo decoctum, nunquam ſuccum vidi propinari. tres inſunt ei pręcipue virtutes,doloris ſedatio,maturatio ⁊ calefactio ſine attractione manifeſta,attamẽ attra-

ſiit occulta attractione, tertium eſt quòd confert omnibus viſceribus ſub peritoneo contentis, hoc tamẽ oleo eius præcipuum eſt, itaq; laudem hoc ſimplex obtinet inter omnia ſingularem. verum nec omni noxa carere quicq; poteſt, nam intus aſſumptum ventriculum deijcit & laxat, eſt etiam in potu abominabile, caleſacit etiã cum ſubtilitate, vt augeat bilem &c. 3. de ſimpl. cibus. c. 9.

¶ Omnium igitur medicamentorũ innocentius eſt ſerum, ſecundũ manna, tertium rhabarbarum. indiget ſerum præcipitatione & flatus diſcuſſione: manna robore ſolutionis. eſt tamen & cibus: at rhabarbarum confirmatione & ſubtiliatione, ac caloris remiſſione. inter alia autem ſimplicia liquiritia, & camemillo, nullum aut innocentius, aut plurium iuuamentorum inuenies medicamen, hæc igitur de his dicta ſufficiant: reliquum eſt vt aliam rationem inducamus vtilitatis: venia enim omnibus ſimplicibus nocẽdi data, vel occaſione ſublata, ſunt tamen compoſita ſimplicibus præponenda, cum etiam æqualis fuerint virtutis, vnde Auenzoar ipſe medicina compoſita cum æqualis fortitudinis ſimplici cõparata fuerit fortius operatur, ac non ſolum in primis, ſed & ſecundis ac tertijs virtutibus, cuius cauſam quinto colliget Auerrois aſſignare nititur. quod ſi ita eſt quis ſanè tam ſtupidę mentis fuerit, qui compoſitam medicinam ſimplici non prætulerit, cum non ſolum innocẽtior, & ſuauior, ſed ad tollendos morbos præſtantior fuerit. p theiſir. tractã. 10. ca. 15. cap. 5. 74

¶ Extremam igitur nobis ſupereſt partẽ diluendis obiectis impendere, vt citra diſcordiam & animi trepidationem propoſitę concluſioni acquieſcere poſſimus. illud ſanè nos meminiſſe operæpretium eſt, cuius ab Horatiano moniti fueramus, ſic cõmodum medicinæ officium impendendum, vt cum ſuſceptam cauſam curare ceperimus, alia non creetur: in hoc quidem aliquorum etiam nunc medicorum peccatum eſt, antiquitus vero frequẽs lib. 3. cap. 5.

& manifeſtum. in quo quidē Catonem tantum inſaniſſe referunt, vt propriū filium cremore cauliū occiderit. in hoc etiam peccato Plinium & Horatianum ſui pręcepti immemorē fuiſſe palàm eſt, quāquam quartus ille liber ad Euporiſtum potius fabellarū, quàm medicamentorū videatur. Scribonium etiam Largum in hoc errore fuiſſe cōperio. nam longe diſtant valentiſſimum medicamē eſſe, vel innoxium. Primum ſimplici non deeſſe palàm eſt. Secundum vero adeſſe impoſſibile, igitur ſi non ſo-
14. ingenij. lum recte & valide, ſed & tute quod Galeni præceptum eſt morbum curare volueris, vel ſimplicibus emēdatis, vel compoſitis medicamētis cura procuranda eſt, quod enim ſimplicia ad curandos affectus validiſſima inueniri poſſint cōcedo, quod innoxia nequaquam, itaq; gentianæ vſum, vt mirabilem credo, ita ſolitarium non ſolum inſuaue valde, ſed & noxium puto, ligno Indico nō parua iniuria ventriculi manet, vnde multos ſcio eo curatos ſecundum ventriculum ab elephantiaſi poſterius longe deterius, quàm argenti viui in vnctione habitos, maxime eos, quos ſecundum naturā prius frigida pituita exercebat. eodem modo aquas thermarum, quoniam miſcere non licet non parua ſequuntur nocumenta, vt quoſdā hydrope occupatos earum potu viderim, cum tamen egregia ſint iuuamēta ab earum vſu abſtinere nō licet, nemo ſanè quòd nocent ignorat, verum iuuamenti magnitudo vſui conciliat, quamobrem ſicut imperiti medici eſſet in neceſſarijs cauſis ob aliquod detrimentum earum vſum effugere, ita imprudentis & male fortunati, in leuibus cauſis ipſas exhibere. aquæ tamē Indici, ebeni, cinamomum adijcito, ſic enim & velox operatio & fortior & mitior, & minus nocua erit, nec tamen exiſtimare conuenit fortibus vnquam ſanatos morbis/ his qui nunq̄ affecti fuerint pares eſſe. ſicut nec lignum quod per ſe rectum natum eſt ei qui multiplici flexione

ad rectitudinem deductum eſt, facit enim illa multiplex flexio, vt vires ac robur ligni, imo etiam compago ipſa aliquatenus ſoluantur. tutius igitur fuerit à morborum inuaſione ſe cuſtodire, etiam q̄ certa ſanitatis ſpes non deſit, nec ſanationis incommodum adnumeretur. quæ vero de thermarum aquis experimur ea ſunt nõ abſimilia his quæ ex aquis ſimplicibus quotidie fiunt iuuamẽtis, ex acutis enim febribus plurimos ſanaui ſolo aquæ ſimplicis potu, non tamen negandum ex interiora non pariter lædi, videturq; huius neceſſarius vſus magis q̄ vtilis, rhabarbari tamẽ recordatio ſi Auerroi creditur plus omnibus medicamentis nobis negotium indicit, nam cum multorum medicamentorum vires egregias complectatur, non tamen ſimplex medicamentũ refert, ſed compoſitum, at quia non arte ſed natura compoſitum eſt, ideo nec ipſum per ſe omnino innoxium eſt. deterius tamen nocumentum puto eſſe ſiccitatem immodicam, cætera tolerari poſſunt, & ſi non laudari, nec in hoc naturam quiſpiam accuſet. nam cum cottum & lanam, & ſericum, nobis parauerit, non propter id venit accuſanda, q̄ non veſtes ipſas formauerit, nam res ipſas nobis natura conſtituit, modum nequaquam, naturæq; opus eſt medicamina parare, artis vero ad vſum accommodare. ſic liberalium Principum eſt dona populis cõcedere, iuſtitiam adminiſtrare, non tamen ipſorum eſt ſingula cuiq;, ſed magiſtratuum diſtribuere, non enim diuinitatis aut nobilitatis eſt argumẽtum ſingularium curã gerere, ſed ſummæ humanitatis qualem in noſtro Principe experimur, hac enim virtute in homine ſummæ authoritatis nil præſtantius inueniri poteſt.

¶ Explicit libellus de ſimplici medicina.

# INDEX EORVM QVAE in hoc opuſculo continentur.

Cap.1. QVòd inſanabiles morbos curare aggrediuntur. char. 7
2 Quòd in victu pcedunt augendo verſus ſtatú. 8
3 Quòd nimium pingui vtuntur, dando carnes & oua. 8
4 Quòd contuſa & aquam carnis exhibent. 9
5 Quòd laudant olera tanquam cibos. 9
6 Quòd vinum negant ægris. 9
7 Quòd melones prę ponunt multis fructibus. 10
8 Quòd cibum vberiorem dant in prandio, quàm in cœna. 11
9 Quòd omni leui cauſa conſulunt medicinas. 11
10 Quòd carnes piſcibus ṕponunt in oi febriente. 12
11 Quòd auxilia ſimplicia & compoſita corrupta habent. 12
12 Quòd aquis deſtillatis vtuntur. 13
13 Quòd vtuntur ſimplicibus. 13
14 Quòd vnus modus medendi eſt vniuerſalis. 13
15 Quòd nunq̃ à principio purgant eradicatiue. 14
16 Quòd à principio ſemp à leuioribus inchoát. 14
17 Quòd vitant, aut procraſtinant ſanguinis minutionem. 15
18 Quòd partem mãæ purgant in morbis quietis. 15
19 Quòd nutriunt, & purgant in ſtatu. 16
20 Quòd omnibus purgationem poſt ſtatum ſaltem, expedire putant. 16
21 Quòd non vtuntur, niſi medicinis quas appellant benedictas. 17
22 Quòd materiam ſemper euacuát paulatim, ac concoquunt. 17
23 Quòd dicunt non omnes morbos ad Phyſicum

ſpectare. 17
24 Quòd lunæ poſitiones obſeruant, vt non dent medicinas. 18
25 Quòd de inutilibus qbuſcúq; rebus decertant. 19
26 Quòd frequenter frictiones dimittunt. 19
27 Quòd roborationem ventriculi prætereunt. 19
28 Quòd in bubonibus extrinſecis vená incidunt. 19
29 Quòd in laterali morbo minuunt ab aduerſo: vel in pede. 20
30 Quòd in vrinis turbatis ſanguinem mittunt. 21
31 Quòd in hæmoptoicorum curatione ſunt ſegnes. 21
32 Quòd in cognitione emoptoicorum proprie aberrant. 21
33 Quòd adminiſtrãt puluerẽ cordialem cũ cibis. 21
34 Quòd in vermium cura dant res leues & incognitas. 23
35 Quòd in febre peſtilentiali procedunt cum infrigidantibus. 24
36 Quòd pulicarẽ morbum, morbillum credunt. 24
37 Quòd in morbi gallici dignotione cauſis & cura peccant. 25
38 Quòd nõ expectant operationem medicinarũ. 25
39 Quòd in doloribus non vtuntur proprijs. 25
40 Quòd in vehementibus doloribus timent mittere ſanguinem. 26
41 Quòd in nephriti vtuntur diureticis cibis. 26
42 Quòd concoquentia trina faciunt. 26
43 Quòd in hydrope vtuntur ſoldanella. 27
44 Quòd in fluxibus cum febre dant caſſiam. 27
45 Quòd catapotia dant proxime à cœna vel ante cœnam. 27
46 Quòd in matre puerorum cum febre dant rutham & caſtoreum. 27
47 Quòd ſæpe derelinquunt ægros, qui poſtmodum

ſanantur. 28
48 Quòd nouiter natis quædã medicinalia dant. 28
49 Quòd thermarum aquas ſæpenumero dant,& malo modo. 29
50 Quòd in diſtillationibus ex igne cauteria exhibent. 29
51 Quòd aloem proficuum ac ſalutarem in vitæ regimine credunt. 29
52 Quòd in vere purgant,& minuunt plurimos quibus nocent. 30
53 Quòd balnea crurium & manuum in febribus perſuadent. 30
54 Quòd cibant in nocte. 30
55 Quòd vitant criticos,qui nõ ſunt dies critici. 31
56 Quòd purgant in morbis iuncturarum. 31
57 Quòd vtuntur temperatis in complicatis affectibus. 31
58 Quòd aurum imponunt coquinæ. 37
59 Quòd non obſeruant momentaneam concoctionem. 37
60 Quòd accidentibus curam exhibent. 37
61 Quòd vitant hyemẽ in detrahendo ſanguinẽ. 38
62 Quòd dant caſſiam poſt inciſionem venæ. 38
63 Quòd fluẽtibus menſibus timent venã incidere. 39
64 Quòd non audent ſcalpere in cucurbitulis abſque purgatione. 39
65 Quòd curant phthiſicos fucoſa cura. 39
66 Quòd exturbant ægros à ſomno. 41
67 Quòd inungunt renes ex vnguento Galeni. 41
68 Quòd quandoqȝ præponunt medicamentum ſectioni venæ. 42
69 Quòd vtunť iuribus in cõfortando vẽtriculũ. 42
70 Quòd in hectica dant medicinas. 42
71 Quòd dereliquerũt vſum inciſionis arteriaꝝ. 43

72 Quòd prohibent aerem liberum ab ægris. 43
73 Quòd exercitationem à cibo noxiam ſemper exi-ſtimant. 44
74 Quòd in articulari morbo præcipue in podagra dant decocta cum vino. 44
75 Quòd in vulneribus capitis terebrationem oſſis fruſtra molliuntur. 45
76 Quòd in lapillo renum abſtinent à duobus præci puis auxilijs medicamento & venæ ſectione. 46
77 Quòd medicaméta venenũ habentia refugiũt. 47
78 Quòd purgationem venæ ſectioni præferunt. 48
79 Quòd inſtrumenta plurima ad chirurgiam neceſ-ſaria ignorant. 49
80 Quòd in peſtilentibus febris inediã imperant. 49
81 Quòd in doloribus enemata intempeſtiue exhi-bent. 50
82 Quòd in colica vtunt̃ perperã oleris exterius. 50
83 Quòd album cibum ægris dant.deinde obſeruant res nullius momenti. 51
84 Quòd rhabarbarum in aſclite in podagra & coli-ca nocet & ſiccis temperaturis. 53
85 Quòd conſulunt ægris & ſanis vt ſuper plumam dormiant. 54
86 Quòd ſal & arteria ab ægris remouent. 54
87 Quòd vinũ in exhibitione ligni indi coquunt. 55
88 Quòd medicamenta expurgantia ex diuerſorum purgantium naturis conficiunt. 55
89 Quòd adminiſtrationem anatomicam oſcitanter & raro exercent. 56
90 Quòd laſerpitij ſuccum ignorant, & cum præ ma nibus habeant, præcipuisq; carent auxilijs in ſin-lis morbis. 57
91 Quòd loco ſectionis ⁊ cauterij eſcharotica empla ſtra exhibent. 59

92 Quòd ſæpius in fine febriũ balnea ꝑtermittunt, 69
93 Quòd in capitis vulneribus & ſuperiorum partiũ non purgant validis medicamentis. 62
94 Quòd in morbis pectoris conantur medicamenta expurgantia exhibere. 63
95 Quòd potum inter cibum adminiſtrant. 63
96 Quòd ptiſanæ vſum prætermiſerunt non maxime ſecundum propriam rationem. 64
97 Quòd in cura attoniti morbi ſeu apoplexiæ non vno modo grauiſſime peccant. 64
98 Quòd in hydrope aſclite aberrant ſecando ventrem. 65
99 Quòd fruſtra timent lac & oua in febribus. & cur abſtinuerim à difficilioribus diſputationibus. 66
100 Quòd ſcriptores horum temporũ plus conſulunt ornamẽto orationis q̃ vtilitati legentium. 66

¶ Quæ in libello de Simplici medicina continentur.

¶ Quòd nulla ſimplex medicina eſt ſine culpa.
¶ De principalibus vniuſcuiuſq; medicinæ iuuamẽtis.
¶ De earũdem proprijs nocumentis.
¶ De ipſorum nocumentorũ peculiaribus emẽdationibus.
¶ De quorũdam illarum malo vſu.

Ζωὸν ἀτιμήσαντες, ἀποφθίμενον ποθέουσι.
Καὶ ποθ' ὑπὲρ τύμβοιο, καὶ ἀπνόου εἰδώλοιο
Αστέα νεῖκος ἐπῆλθεν ἔριν δ' ἐστήσατο λαός.

SERIES CHARTARVM.

A B C D E F G H I K.

Omnes quaterniones.

Venetijs apud Hieronymum Scotum.

M. D. XXXXV.